



**Vita S. Pauli Apostoli. : breuiter ex ipsius Epistolis, Actis Apostolorum, & alijs Ecclesiasticis scriptoribus & historicis in hunc usum collecta, ut aliquid lucis Lectoribus Actorum Apostolicorum & Epistolarum Pauli afferat.**

<https://hdl.handle.net/1874/422195>

4  
VITA

S. PAULI APO-  
STOLI.

BREVITER EX IPSI-  
VS EPISTOLIS, ACTIS APO-  
stolorum, & alijs Ecclesiasticis scri-  
ptoribus & historicis in hunc usum  
collecta, ut aliquid lucis Lecto-  
ribus Actorum Apostoli-  
corum & Epistolarum  
Pauli afferat.

Per Georgium Maiorem.

VVITTEMBERGAE

Ex officina Iohannis Lufft.

1 5 5 9.

VITA

& PAULI APO

A. 1588

BRETTES H. X. 1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

1588

# REVERENDO VIRO

uirtute & eruditione præstanti, Do-  
mino Magistro Paulo Nouiomago,  
in aula inclyti & Christianissimi Re-  
gis Danorum, fideli ministro & do-  
ctori uerbi Dei, Domino, amico  
& fratri obseruando S. D.

Georgius Maior D.



Iosephus autor fide  
dignus, qui tempo-  
ribus prædicationis  
Pauli, & imperato-  
rum Claudij, Neronis,  
Vespasiani, Titi  
& Domitiani ui-  
xit, refert, Primo

anno Neronis Felicem adhuc præsi-  
dem Iudææ fuisse, Sed propter crude-  
litatem & auaritiam Romam reuo-  
catum, accepisse successorem a Nero-  
ne missum, præsidem Iudææ, Portium  
Festum. Et Lucas Actorum 24. scri-  
bit, Biennio expleto, uidelicet capti-  
uitatis Pauli, Felix accepit successo-  
rem Portium Festum, Id autem bien-  
nium expletum fuit mense Iulio aut

A ij

Au-

Augusto, anno primo Neronis. Nam post festum Pentecostes, Paulus Ierosolymis captus est, Act. 21.

Fuit igitur Paulus anno ultimo Claudij, Deinde anno primo Neronis, & ita biennium Cæsareæ sub Felice captiuus.

Scribit porro Lucas, Festum suscepta prouincia, mox post triduum ascendisse Ierosolymam ab urbe Cæsareæ, & ibi decem diebus commoratum, rediisse Cæsaream, & postero die Paulum uocatum ad tribunal, coram Festo suam causam dixisse, & appellasse Cæsarem; & cum dies aliquot transacti essent, uenisse eo Agrippam regem & Berenicen, salutatum Festum, Et cum dies complures ibi commorati essent, Paulum coram Rege & Festo iterum suam causam dixisse, & quia Cæsarem appellasset, Romam ad Cæsarem missum a Festo, quam nauigationem sub initium hyemis, fortassis mense Septembri aut Octobri susceptam apparet, ex Actis cap. 27, & cum in Melite insula, facto ibi nau-

naufragio, tribus mensibus hybernas-  
sent, tandem ueniunt Romam, qui an-  
nus imperij Neronis secundus fuit.  
Nam ut Suetonius scribit, cum Clau-  
dius anno ætatis suæ 64. imperij 14.  
tertio Idus Octobris ex uita excessis-  
set, mox Nero anno 17. ætatis suæ su-  
scepit imperium.

Si igitur, ut Iosephus refert, Felix Antl. lib. 10.  
cap. 11. & 13  
anno primo Neronis adhuc præses Iu-  
deæ fuit, & biennio captiuitatis Pau-  
li Cæsareæ sub Felice expleto, Felix Act. 24  
Portium Festum a Nerone missum  
successorem accepit, a quo Festo Pau-  
lus primo anno suæ gubernationis  
missus est Romam ad Cæsarem, Se- Paulus anno  
2 Neronis ue-  
nit Romam.  
quitur ergo, Paulum anno secundo  
imperij Neronis Romam uenisse, qui  
est annus 25 Pauli conuersi, id quod  
& Hieronymus in uita Pauli affir-  
mat.

**Q**UARE si ponas Synodum A- Synodus A-  
postolorum  
quo anno  
Pauli conuer-  
si ponenda.  
postolorum, quæ Act. 15. descri-  
bitur, in annum 17 Pauli con-  
uersi, qui est octauus Claudij, ut Hie-  
rony-

nymus & multi alij docti faciunt, &  
& ut ex Epistola Pauli Gal. 1. & 2.  
ponenda uidetur, non erunt plures  
quam quinque anni reliqui, usque ad eius  
captiuitatem, Nam anno 22 suæ con-  
uersionis captus est, & anno 2. Nero-  
nis captiuus uenit Romam.

Scribit autem Lucas, Paulum  
post hanc Synodum totum annum et  
sex menses fuisse Corinthi, Act. 18. To-  
tum biennium Ephesi, Act. 19. Tres  
menses in Græcia & iterum in Co-  
rintho, Actor, 20. qui erunt anni qua-  
tuor, exceptis tribus mensibus. Quo-  
modo igitur Paulus spacio unius an-  
ni & trium mensium, quod ad pere-  
grinationem solum reliquum est, tot  
nationes & populos Asiæ & Europæ,  
non dico docendo, perlustrare (nam  
certe docendi causa tam longinquas  
peregrinationes suscepit) sed peruo-  
lare potuit?

Peregrinatio  
Pauli post Sy-  
nodum,

Nam Lucas refert Paulum post  
hanc Synodum propagandi & docen-  
di Euangelij causa perambulasse Syri-  
am, Ciliciam, Derben, Lystram, Phry-  
giam

giam, Galatiam, Mysiam, Troaden,  
inde ex Asia in Europam, uidelicet,  
Macedoniam uocatum, uenisse Phi-  
lippos, inde perlustrasse Amphibolin,  
Apolloniam, Thessalonicam, Berrh-  
oam, Athenas & Corinthum, ubi an-  
num & sex menses commoratur, inde  
redit Ephesum, unde in Syriam & Cæ-  
saream, ac tandem Ierosolymam ue-  
nit. Salutata Ierosolymis Ecclesia, de-  
scendit Antiochiam, perambulans ex  
ordine iterum Galatiam, Phrygiam,  
ubi Laodicenses inuisit, inde redit E-  
phesum, ubi integrum biennium ma-  
net. Ex Epheso denuo nauigat in Ma-  
cedoniam, & ibi inspectione Ecclesiæ  
Philipporum & aliarum urbium habi-  
ta, secundo uenit Corinthum, ubi si-  
mul & in Græcia tribus mensibus  
commoratur.

Ex Corintho inuisit tertio Ma-  
cedoniam, & in Philipporum urbe fe-  
stum Paschæ agit, inde redit in Troa-  
den, & peragrat Asson, Mitylenen,  
Chium, Samum, Trogyllion, Mile-  
tum, Coum, Rhodum, Pataram, Ty-  
rum, Ptolemaiden, Cæsaream, & por-  
torem



stremum uenit Ierosolymam, ubi anno 22. suæ conuersionis capitur. Impossibile igitur est, Paulum spacio unius anni & trium mensium tot terras & regiones docendo perlustrare potuisse, quas non facile tantillo spacio peragrare potuit. Nam certe in Ecclesijs singularum urbium, ei docendi causa aliquandiu hærendum fuit, cum eo nomine hæc peregrinatio ab eo esset suscepta.

**E**Xistimo itaq; contra sententiam Hieronymi & multorum aliorum, Synodum Ierosolymitanam anno Pauli conuersi 15. ponendam, & cum Galat. 2: inquit: Deinde post annos quatuordecim rursus ascendi Ierosolymam, initium horum annorum esse faciendum a primo anno eius conuersionis, & tres annos, quibus Damasci & in Arabia fuit, in hos quatuordecim includendos, ut ita a Synodo usq; ad captiuitatem Pauli reliqui sint octo anni, quibus tam longinquæ profectioes fieri, & tan-

tantæ res geri a Paulo potuerint.

Sed hac de re Lectori, & de hac  
tota per me collecta uita Pauli, Paule  
doctissime, in primis tibi & alijs uiris  
reuerendis, uirtute & eruditione præ-  
stantibus, collegis tuis, D. Doctori  
Petro Palladio Episcopo Roskilden-  
si & Magistro Henrico Buscoducen-  
si, & D. Antonio Hanisch, iudici-  
um permitto, Quos omnes cum toto  
cœtu Musarum inclyti regni Danici  
reuerenter & amanter saluto. Bene-  
uale, Wittembergæ 25 Martij, quo  
die Adam & conditus, & in peccatum  
ac mortem cum omni posteritate sua  
lapsus est, & promissio de Semine  
mulieris contrituro caput serpentis  
ex sinu æterni Patris per λόγον pri-  
mum promulgata est, Et quo die iux-  
ta editam promissionem, ante an-  
nos 1555, ὁ λόγος σάρξ ἐγένετο, con-  
cepit in utero uirginis Mariæ, Et  
deinceps post annos 33. ætatis suæ  
pro redemptione generis humani,  
passus & mortuus est.

Quem toto pectore oro, ut Ec-  
clesiam

clesiam, corpus suum, passim per totum terrarum orbem dispersum, in his ærumnis, quibus premitur, seruet & protegat,  
A M E N.

SERIES ANNORVM  
quibus Paulus Apostolus Euangelium de Domino nostro Iesu Christo passim in orbibus terrarum docuit.

EVSEBIUS  
in Chronico.

ARGUMENTUM, quod Saluator anno 18 Tiberij passus sit, præbet Euangelium Iohannis

nis, in quo scribitur, post quin-  
tum decimum annum Tiberij  
Cæsaris (quo Christus, cum in-  
ciperet esse ferme annorum tri-  
ginta, baptizatus est) eum tri-  
bus annis prædicasse. Passus est  
autem anno mundi 3996.

Die Martij 25. Anno

ætatis suæ 33.

Anni

Anni Imperatorum

Anni Pauli conuersi

Anni Christi nati.

Anni Imperatorum	Anni Pauli conuersi	Anni Christi nati.	
	TIBERIVS Cæsar imperat annis 23.		
19	1	PAVLVS conuersus primum Damasci, deinde propter peri- culum dimissus, in A- rabia, & inde reuer- sus iterum Damasci primo triennio Chri- stum docet. Acto. 9 Galat. 1.	34
20	2	Redijt Ierosoly- mam, ut uideret Pe- trum, et mansit apud illum dies 15 Gal. 1. Inde deductus Cæsa- ream, uenit in regio- nes Syriæ, Ciliciæ & Tarsum, Acto. 9 Galat. 1.	35
21	3	Ex Tarsis ducitur Antiochiam a Bar- naba, ubi totum an- num commoratur, & Agabus prædi- cit famem, Act. 11. Experto ministe- rio Eleemosinæ, Bar- nabas & Paulus re- uersi sunt ex Ieroso- lyma Antiochiam, Acto. 12.	36
22	4		37
23	5		38

1	CAIUS Cæsar imperat annis 4.	6	Paulus & Barnabas emissi a Spiritu sancto abierunt Seleuciam, Inde in Cyprum, Salaminem, Paphū, ubi Sergius Paulus conuertitur, Acto. 13.	39
2	Herodes Antipa, occidit Baptistæ, re legatur in Lugdunū.	7	Inde ueniunt in Per gen Pamphiliæ & Antiochiā Pisidiæ, Acto. 13.	40
3	Herodes Agrippa ex captiuo fit Rex.	8	Pulli ex Antiochia ueniunt Iconium, ubi multo tempore commo rati sunt, Acto. 14.	41
4	Mattheus scribit Euangelium.	9	Biecti ex Iconio con fugiunt Lystram et Der ben, Lystris lapidatus Paulus seruatur diuini- tus, Acto. 14.	42
1	CLAVDIUS Cæsar qui imperat annis 17. Beda refert hoc tem pore Felicem missum Procuratorem pro uincis Samaritæ, Ga lileæ &c. Vnde Pau lus, Act. 24. inquit, Felicem multis annis fuisse iudicem gentis Iudaicæ.	10	Ex Lystrā ueniunt Derben, ubi cum euan gelizassent, reuersi sunt Lystram & Iconium et Antiochiā Pisidiæ, con firmantes discipulos, Acto. 14.	43
2	Iacobus Zebedei fra ter Iohannis Euange listæ, decollatur ab Herode Agrippa, & Petrus conijcitur in carcerem Acto. 12.	11	Peragrata Pisidia, ueni unt in Pamphiliam, ubi in Perga locuti sunt ser monem Domini Act 14	44
3	Marcus docet Euan gelium in Alexan- dria Aegypti.	12	Ex Perga descendunt in urbem Attaliam, & inde soluunt Antiochi- am Syriæ, unde erant traditi gratiæ Dei, in opus, quod compleue- run spacio scilicet sex annorum οὐκ ἄποτο- μως ἀλλὰ ἐν πλά- τει, Acto. 14.	45
	Maria mater Domi ni mortua anno 312 is 59.			

4 Hoc anno cepit famas prædicta ab Agabo, Aur. Oros.

FADVS ΕΩΡΟΥ  
Iudææ.

5

6

7

Tiberius Alexander surrogatus Fado præses Iudææ, sub quo Iosephus famam fuisse scribit, prædictam ab Agabo Propheræ.

13 Antiochiã cum uenissent, et congregassent Ecclesiam, retulerunt quæcumq; fecisset Deus secum, & quod aperuisset Gentibus osium fidei, Act. 14.

14 Commorari sunt autem illic multum temporis cum discipulis, Act. 17.

15 Post annos 14. (a sua conuersione incluis primis tribus annis, quibus Damasci & in Arabia fuit) ascendit Paulus Hierosolymam cum Barnaba & Tiro, Inde a Synodo cum literis Apostolorum dimissus, demorantur Antiochiæ, docentes sermonem Domini, quo cum Petrus uenisset, restitit illi Paulus, Gal. 2. Act. 15. Id eo tempore accidisse adfirmant, Beda in Actis Apostolorum, Vincentius & quidam alij.

16 Paulus allesto Syria perambulauit Ciliciam, confirmans Ecclesias, Act. 15.

46

47

48

49

8 Herodes Rex Chalcedis frater regis Agrippæ maioris moritur. Dionysius Areopagita conuersus a Paulo.

17 Paulus cum Sylâ peruenit Derben & Lystram, & ibi assumpto Timotheo peragrat Phrygiam & Galariam & Mysiam, & tandem ueniunt Troaden, unde uocantur in Macedoniam, ubi primum in Philippis docuit Paulus, cæsus ibi cum Sylâ uirgis & incarceratus. Act. 16. Deinde eiectione peragrata Amphipoli & Apollonia ueniunt Thessalonicam, Berhocam, unde deductus est Athenas, Act.

50

9 Anno nono Claudij Tiberij pulsi Roma, Autoro.

18 Posthæc Paulus digressus Athenis, uenit Corinthum, ubi edicto Claudij Cæsaris Indæos Roma pulsos, inuenit Corinthi Aquilam cum Priscilla uxore, qui nuper ab Italia uenerat, Sedet autem ibi annum & sex menses, Act. 18.

51

10 Cumanus præses Iudææ successor Tiberij.

19 Hoc dimidio anno ultra priorem, deinde dies multos Corinthi commoratus, ualedictione fratribus abnauigauit in Syriam, comitantibus eum Priscilla & Aquila, deuenitque Ephesum, ubi paucos dies manens, soluit Epheso, cumq; peruenisset Cæsaream, ascen-

52



Anni Imperatorum

Anni Pauli conuersi

Anni Christi nati.

		dit Hierosolyman & in lurauit Ecclesiam, Acto 18.		
		Ex Hierosolyman des- cendit Antiochiam, & commoratus illic al- quantum temporis, pro- fectus est, perambulans ex ordine Galaticam re- gionem ac Phrygiam, Acto. 18.		
11	Felix Pallantis Eu- nuchi Claudij Cæsaris frater, successit Cumano in gubernatione Iudææ & Samariæ.	20	Venit Ephesum, & ibi per biennium in scho- la Tyranni cuiusdam quotidie disputat, Act. 19. & 20.	53
12	Philippus Aposto- lus in Hierapoli Phry- giæ affixus cruci, lapi- dibus obruitur, Euseb.	21	Paulus hoc anno com- moratur Ephesi, Act. 19.	54
13		22	Sedato Ephesi tumultu, Paulus proficiscitur in Macedoniam & Græ- ciam, uisitatis ibi omni- bus urbibus & Eccle- sijs, ubi antea docuerat, Act. 20. Ex Græcia in- stituit postremum iter Hierosolyman, quo cum uenit, capitur, Paulus, Act. 20, 21, 22, 23, 24.	55
14		23	Paulus tenetur capti- uus Cæsareæ biennium Act. 24. nempe ultimo anno Claudij, & deinde sequenti anno j. Nero- nis.	56
				NERO

Anni Imperatorum

Anni Pauli  
conuersi

Anni Christi  
nati

1	NERO Cæsar imperat annis 14. Portius Festus succedit in gubernatio- ne Iudææ Felici.	24	Secundus annus Pau- li Cæsaræ uincti.	57
2		25	Anno secundo Nero nis uenit Paulus Ro- mam a Festo successore Felicis, cum ad Cæsa- rem appellasset, missus, Acto. 27.	58
3		26	Sequentibus duobus annis, Paulus mansit in suo conducto hospicio, Act. 28.	59
4			<i>Hactenus Lucas historiam Pauli, sed non integram per- texit.</i>	
5		27	Commoratur Romæ in sua conducta domo.	60
		28	His sequentibus 10 an- nis Paulum liberatum ex ore Leonis Neronis, cum primum inuississet Ecclesias Græciæ, Mace- doniæ, Asiæ, et cæteras, docuisse Euangelium in Italia, Hispania, & alijs Occidentis partibus, Au- tores sunt, Eusebius, Epi- phanus, Eusebius Dia- conus, Hieronymus, So- phronius, Nicephorus, Beda, & alij, Et ipse ca- pit 11. ad Rom. signifi- cat se per Romam in Hi- spaniam iturum etc.	61
6	Albinus præses Iu- dææ succedit Festo mor- tuo.	29		62
7		30	Iacobus Iustus, frater Domini, 30. annis Epi- scopus Ierosolymæ de B	63

Anni Imperatorum

Anni Pauli conuersi

Anni Christi nati

		pinna templi in festo Paschæ deiectus lapidatur Iose. lib. 20 Anni. cap. 16. Euseb. lib. 7. cap. 17.	64
8		31 Marcus Euangelista mortuus & martyrio coronatus in Alexandria Aegypti, octavo Neronis anno.	65
9			66
10	Florus homo avarus & sceleratissimus, succedit Albino in præfectura Iudææ.	33 Nero incendit Romam, & eius incendii auctores flagit Christianos fuisse, contra quos uniuersalem persecutionem mouet, quæ annis 4 usq; ad eius mortem durauit, in qua Paulus & Petrus anno ultimo Neronis interfecti sunt.	67
11		34 Seneca biennio ante Paulum interfectus a Nerone.	68
12			69
13	Euangelium a Iohanne scriptum post annos 90 ætatis ipsius.	35	
		36	
14		37 Petrus extremis temporibus Neronis Romam uenit, autore Nicephoro, & ibidem uno eodemq; die cum Paulo a Nerone interfectus est anno 37 post passionem Christi.	70

VITA

VITA S. PAVLI A 8  
 POSTOLI ELECTI ORGANI  
 Dei, breuiter ex ipsius Episto-  
 lis, Actis Apostolorum, & alijs  
 Ecclesiasticis Scriptoribus &  
 Historicis colle-  
 cta,



VCAE tertio scri-  
 ptum est, anno 15 impe-  
 rij Tiberij Cæs: (qui est  
 annus mundi 3993) Ioh-  
 hannē Baptistā mandato  
 diuino exorsum suam uo-  
 cationem, prædicandi

Christus an-  
 no mundi  
 3993 bapti-  
 satus.

Baptismum poenitentiae in remissionem pec-  
 catorum, Et scribunt quidam, hanc tubam seu  
 uocem clamantis in deserto, primum eo anno  
 in festo tubarum, prima die mensis septimi,  
 auditam, & suum Baptismum coepisse Iohan-  
 nem, & postea decima die eiusdem mensis, in  
 festo expiationis, Christum ab eodem bapti-  
 satum. Incipiebat uero, ut ibidem refert Lucas  
 cum baptisaretur, Iesus esse ferme annorum tri-  
 ginta. Enumerat autem ordine Iohannes Euan-  
 gelista tria festa Paschæ usq; ad mortem Chri-  
 sti.

i. Octob.

## VITA S. PAULI

*Primum, capite secundo, ubi è templo eijcit uendentes & nummularios, qui 16 annus imperij Tiberij Cesaris est.*

Paschæ festa tria, quibus Christus uixit & docuit.

*Secundum festum Paschæ cap. 6. ubi transgressus mare Tiberiadis, in monte pascit uiros numero ferme quinquies mille, qui annus 17. Tiberij imperatoris est.*

*Tertium Paschæ festum commemorat Iohannes capit. 12, in quo Dominus se ipsum Deo Patri pro peccatis mundi offert, qui annus decimus octauus Tiberij, etatis autem Christi 33 est. Passus est autem 25 Martij, quo die & in utero Mariæ uirginis erat conceptus, inde tertio die resurrexit à mortuis, quadragesimo uero die in conspectu discipulorum triumphans, & secum ex mortuis exuscitados ducens, ascendit ad cœlos.*

Euangelij propagatio in die Pentecostes primū cepit.

*Quinquagesimo uero à Resurrectionis Domini die, effunditur in Apostolos Spiritus sanctus promissus, quo accensi & confirmati Apostoli, primum palam uocem Euangelij in urbe Hierosolyma per omnes uicos, tanquam in arce eius gentis, cui datæ erant promissiones, omnium gentium linguas loquentes spargunt, & omnes ad pœnitentiam uocant, & remissionem peccati*

peccatorum agentibus poenitentiam, & cre-  
 dentibus Euangelio, gratis propter Christum  
 mortuum & resuscitatum annunciant, & eo-  
 dem die conuertuntur in ea urbe circiter tria  
 hominum milia.

3000 homi-  
 num conuer-  
 sa in die Pen-  
 tecostes.

Hec sunt seminaria & initia Ecclesie, quae  
 Noce Apostolorum in urbe Hierosolyma, pri-  
 mo die, quo donatus est Spiritus sanctus colle-  
 cta est.

Seminaria &  
 initia Eccle-  
 siae.

Quae autem ulterior eodem anno collectio  
 & propagatio Ecclesie in urbe Hierosolymi-  
 tana, & quae gesta & miracula per Apostolos  
 edita fuerint, recensentur à Luca, Act: 2. 3. 4. 5.  
 6. 7. & 8. Capitibus. Euangelij enim uox usq;  
 ad primam persecutionem Ecclesie, quae sta-  
 tim mortem S. Stephani secuta est, spacio fere  
 unius anni post ascensionem Domini, moenibus  
 Hierosolymae conclusa fuit, ut iuxta manda-  
 tum Domini Lucae ultimo, initium docendi E-  
 uangelij ab Hierosolymis fieret, & inde tan-  
 quam ex arce, in totum terrarum orbem pro-  
 pagaretur, sicuti à Prophetis Esa. 2. & Mi-  
 che: 4. praedictum erat: De Sion exibet Lex,  
 & uerbum Domini de Ierusalem.

Euangelij  
 uox uno an-  
 no clausa Ie-  
 rosolymis.

VERE autem admiranda gubernatio, de-  
 fen-  
 sio

VITA S. PAULI

Ecclesia quo magis premitur, eo magis crescit.

*fensio & conseruatio Ecclesie Dei est, que quo magis premitur, eo maiora incrementa capit.*

Persecutio Ecclesie uniuersalis prima.

*Interfecto S. Stephano, prima uniuersalis persecutio ad delendam totam Ecclesiam, que tum Hierosolymæ muris continebatur, exortitur, qua tantum abest, ut cursus Euangelij sit impeditus, Vt inde etiam eius lux & uox latius per ceteras Iudææ & Samariæ regiones sit sparsa, cum præter Apostolos, qui soli Hierosolymæ remanserant, omnes discipuli, per ea loca dispersi, doctrinam de Domino nostro Iesu Christo, crucifixo & resuscitato passim in uicinis locis circumferrent.*

Philippus Diaconus.

*Philippus igitur non ex Apostolorum, sed Diaconorum numero, in Samariæ ciuitate docens, & edens miracula, magnam ibi multitudinem conuertit. Vt igitur οὐνεργῆς habet.*

Samaria conuerfa per Philippum, Petrum & Iohannem.

*Philippus mittuntur ab Apostolis in Samariam, Petrus & Iohannes. qui per Samariam & alia loca uicina sparsa Euangelij semine, reuersi sunt Hierosolymam.*

Eunuchus Gandacis reginæ Aethiopicum a Philippo conuersus

*Inde ab Angelo Philippus Gazan, urbem olim Philistinorum uocatus, Eunuchum præfectum Candacis reginæ Aethiopicum Euangelium de*

um de Christo docet, & eum baptizat, ut hoc modo porta in Æthiopia Euangelio aperiantur, quo post paucos annos Apostoli, Mattheus & Matthias mittendi erant.

Ex Gazæ itinere Philippus raptus, inuentus est in Azoto urbe, & inde pertransiens, ut Lucas Act. s. in fine refert, Euangelisabat ciuitatibus cunctis, uidelicet maritinis, Palestinis & alijs uicinis, donec ueniret Casaream.

Palestina conuersa ad Christum.

Ita ignis Euangelij Hierosolymis accensus, primum finitima Phœnicia, deinde etiam ultra Phœnicia & Syria conuersa. feriora loca, uidelicet Syria, atq; adeo ipsam urbem Damascum quoq; peruagatus est, quæ Euangelij propagatio spacio duorum aut trium annorum facta, uehementer Scribis et Phariseis dolebat, qui hanc lucem summis uiribus delere conabantur. Ita enim Isa: cap. 9. prædixerat, ut orta hac luce, Deus multiplicaturus quidem esset gentem, sed non magnam facturum Ieritiam, Scribis scilicet ac Phariseis, et reliquæ multitudini obstinatæ, quæ magis tenebras quàm lucem amabat, ex eo numero & Paulus tum adulescens, & in primis magno zelo erga paternam legem ardens, erat, de quo nobis iam sermo habendus est. Quare breuiter eius uitam sub-



## VITA S. PAULI

ſciemus, quam historicam narrationem ſperamus nobis profuturam eſſe in explicandis eius ſcriptis.

Pauli parentes & patria.



**P**AVLUS Apoſtolus ex tribu Benjamin, Hebraeus ex Hebraeis, patre Phariſeo & eiuſe Romano, in Tarſo Ciliciae nobili urbe, & Colonia Romana natus eſt, quam urbem Strabo initio ar-  
giuorum opus, poſtea à Sardanapalo conditam ſeu reſtauratam refert, & de illa hoc modo ſcribit.

Academiae tres Pauli tempore in urbe terrarum florentiſſimae, Tarſus, Athenae & Alexandria.

Tantum Tarſenſibus ſtudium circa Philoſophiam fuit, καὶ τῆς ἄλλης ἐγκύκλιος ἀπὸ τῶν παίδεϊα, ut Athenas & Alexandriam ſu-  
perarent, & ſi quis alius locus dici poteſt, in quo ſcholae & Philoſophiae exercitationes fuerint. Sed hoc uno plurimum excellit, quod hic indigene diſcunt, peregrini uero non multi huc adueniunt.

Pauli adoleſcentis ſtudia.

Didicit igitur puer in Patria Philoſophiam & artes dicendi, Evoluit ueterum Poetarum monumenta, ut Arati, Epimenidis, Menandri

et aliorum, quorum sententias in suis scriptis citat.

Philosophiæ itaq; et dicendi artibus instructus, mittitur à parentibus Hierosolymam urbem celeberrimam, in qua sedes et templum Dei, et præcipua schola erat, ut ibi ex summis Doctoribus paternæ legis ueritatem perciperet.

Paulus missus Hierosolymam à parentibus.

Nactus est ibidem præceptorem Gamalilem, uirum eruditione, prudentia et auctoritate inter ceteros Doctores præstantem, ad cuius pedes, se in patria lege accurate institutum ipse Act. 22. refert.

Pauli præceptor Gamalilei.

Ab hoc Doctore cum legem, paternas traditiones, ritus et ceremonias iam adolescens didicisset, non hypocrisis, ut plurimi Scribæ et Pharisei, sed magno zelo et ardore amplexus est Legem, quam diuinitus traditam, cum reijcere et abolere uiderentur Apostoli et sectatores doctrinæ de Iesu Nazareno crucifixo, omnibus uiribus sibi eam propugnandam putauit.

Paulus propugnator Legis acerrimus

Accepto itaq; à principibus sacerdotum mandato publico, non Hierosolymis tantum, sed et in alijs ciuitatibus, omnem seuitiam et

Paulus persecutor Christi.

## VITA S. PAULI

crudelitatem in eos, qui Christi nomen profitebantur, exercebat, tradens in carceres viros pariter ac mulieres, nulli sexui parcens, adeo etiam morte Stephani delectatus, ut lapidantium uestes asservaret.

**Damascus** intra discipulos Domini, Damascum Syriae urbs a Ierosolyma itinere duodecim die rum.

**ab Ierosolyma** distat, proficisceretur, subito ei in ipsa profectioe non longe à Damasco, is ipse, quem persequabatur, de caelo cum ingenti fulgore, eum ad poenitentiam uocans, & propter saeuitiam obiurgans, apparet, cuius uocem Paulus consternatus obediens, ex hoste & persecutore, factus est electum organum, & seruus & Apostolus Iesu Christi, quae historia ex cap. 9. Act: nota est.

**Paulus ex persecutore electum organum Christi factus.**

**Pauli conuersio** quo anno facta.

Incidit igitur conuersio Pauli in annum Christi 34. & Tiberij 19. Idem affirmant Eusebius in Chronico, Euthalius Diaconus de temporibus praedicationis S. Pauli, Hieronymus, Beda super Acta Apost: Petrus comestor, Lyra, Luth: in Chronologia, Phil: Mel: in suo Chronico Carionis, & quidam alij. Et cum hac supputatione annorum conuenit illa vulgaris, quae refert Paulum 25. Ianuarij conuersum, & mortuum, cum ayno praecedenti 33. suae etatis, 25. Martij.

**Christus** quo anno etatis & die passus ac mortuus, cum ayno praecedenti 33. suae etatis, 25. Martij.

Christus esset passus & mortuus, Ita Paulus conuersus est, uel eodem anno non expleto, quo Christus passus est, uel sub initiū alterius anni 34 Christi. Alia Euodij supputatio est, quem Nicephorus lib. 2 Cap. 3. ita in suis commentarijs scribere refert, A baptismo usq; ad passionē Christi intercessisse annos tres, a passione uero, resurrectione & ascensione eius ad cœlos, usq; ad lapidationem Stephani, annos 7. a Stephani deinde martyrio usq; dum Paulum lux circumfudit, menses sex. Sed prior supputatio à tot autoribus approbata, mihi uerisimilior & rectior esse uidetur.

Euodij supputatio.

Forrasti menses 7 non annos scripsit Euodius,

Annus primus, secundus & tertius  
conuersi Pauli, Christi na-  
ti 34. 35. 36. Tiberij  
15. 20. 21.

**P**Aulus itaq; cum (ut ipse Gala: 1. scribit) Euangelium non ab hominibus accepisset, nec didicisset, sed in hoc triduo, quo nec uidit, nec comedit, neq; bibit, per reuelationem Christi, fuit (ut Lucas Act. cap. 9. refert) cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot, & continuo in Synagogis prædicabat Christum

VITA S. PAULI,

Christum, quod is esset filius Dei, & refutabat iudæos aduersarios.

Pauli periculum propter confessionem in urbe Damascena, Expletis autem diebus compluribus, inierunt inter se iudæi consilium, ut eum occiderent, Sed intellectæ sunt Paulo insidiæ eorum, & asseruabantq; portas die ac nocte, ut eum interficerent, accipientes autem eum discipuli nocte, per murum demiserunt, submittentes in sporta. Ex quibus uerbis Luca, obseruabis, hic primum iudæos insidiosos uitæ Pauli, & eos custodes portarum fuisse.

Paulus Damasceni conuersus abiit in Arabiam. Sic è Damasco dimissus, non abiit Ierosolymam, ad eos, qui ante ipsum fuerunt Apostoli, sed, ut ipse Galat. 1. commemorat, in Arabiam, ubi quam diu fuerit, incertum est. Addit autem ibi, se inde denuo reuersum esse Damascum, quo cum rediisset, iterum struuntur ei insidiæ, sed non à iudæis, uerum à præfecto Regis Aretæ propter res in Arabia innouatas, nec diebus compluribus, sed toto triennio post eius conuersionem, iam serè exacto, Galat. 1. Sic enim 2. Corinth. 12. scribit: In Damasco δὲ ἐθελόχευε Aretæ Regis excubias posuerat in Damascenorum urbe, cupiens me comprehendere, ac per fenestram in sporta demissus sui per moenia, effugiq; manus eius. Hoc

Hæc altera dimissio ex Damasci muris esse uidetur, Si quis contrarium sentire uolet, cum hoc non pugnabo, abundet quisq; suo sensu. Sunt enim qui per dies complures triennium significari putant.

Annus conuersi Pauli quartus, Christi nati 37. Tiberij 22.

**E**XPLETO hoc triennio, ut ipse Galat. 1. refert, redijt Ierosolymam Paulus, ut uideret Petrum, & mansit apud illum dies quindecim. Aliam autem ex Apostolis non uidit quenquam, nisi Iacobum fratrem Domini.

Pauli post conuersionem primus redijt Ierosolymam.

Cum autem Saulus, ut Lucas Act. 9. scribit, uenisset Ierosolymam, tentabat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, non credentes, quod esset discipulus, ita enim tum Christiani & discipuli primi appellabantur. Barnabas autem adprehensum illum, duxit ab Apostolos, uidelicet Petrum & Iacobum fratrem Domini.

Cæterum cum Ierosolymis magna fiducia Pauli perentis Ierosolymam, cui Christus apparuit, & libertate Christum doceret, & Græcos refutaret, paratae illi sunt à Iudeis insidiæ, ut interficeret, in templo.

VITA S. PAULI

terficeretur. Oranti autem in templo & extra se raptus, apparet Christus, his uerbis (ut Acto. 22. scriptum est) eum alloquens: Festina & exi uelociter Ierosolymis, quoniam non recipient testimonium tuum de me &c. Vade, quoniam ego ad Gentes procul mittam te.

Paulus deductus Cæsareā  
Huic uoci obediens Paulus, reliquit Ierosolymam, & à fratribus, qui iam & ipsi insidias uitæ Pauli strui cognouerant, deductus est Cæsaream Palestinam *σάρων* & *πύργον*, quæ inter Ioppen & Paran stadijs sexcentis, hoc est, miliaribus Germanicis circiter 20 à Ierosolyma ad mare sita est, ubi frequens Sanctorum conuentus & hospitium fuit. Inde per Syriam & tandem Tarsum Ciliciæ patriam suam uenit, Acto. 9. Galat. 1.

Cæsarea distat a Ierosolyma miliaribus 20 hospitium piorum frequens.

Hoc tempore Ecclesiæ per totam Iudeam & Galileam & Samariam habuerunt pacem, & edificabantur uersantes in timore Domini & consolatione sancti Spiritus multiplicabantur, Acto. 9.

Ecclesiæ pax anno 4 conversionis Pauli.

Petria sta in Lydda oppido.

Circa eadem tempora gesta sunt, quæ Lucas Acto. 9. & 10. de S. Petro refert in Lydda oppido Palestinæ, quod ad Ioppe tribus miliaribus Germanicis distat, Æneam nempe paralyticum

Lyricum octo annos in grabbato decumbentem  
in nomine Iesu Christi sanatum, & ciues Lyd-  
de & urbes uicina Assaronis miraculo & uo-  
ce Petri conuersos ad Christum.

In Ioppe, quæ à Ierosolymis undecim aut duo  
decim miliaribus distat, in eadem peregrina-  
tione & eodem tempore, Tabitham discipu-  
lam ex morte ad uitam reuocat Petrus, quo mi-  
raculo multi eius urbis ciues moti, credide-  
runt in Christum. Mansit igitur ibidem Pe-  
trus dies multos.

Tabitha a Pe-  
tro resuscita-  
ta.

Post hos dies Petrus à Cornelio Centurio  
ne, iussu angeli, uocatur Casarem, quæ ab Iop-  
pe itinere duorum dierum distat, ubi cognos-  
cit primum, apud Deum non esse  $\tau\ \rho\ \sigma\ \omega\ \pi\ \rho\ \omicron\ \lambda\ \eta$   
 $\psi\ \iota\ \alpha\ \rho\ \rho$ , sed omnes, siue Iudæi, siue Gentes sint,  
credentes in Christum, sine ullo discrimine sal-  
uari, Act. 9.

Petrus a Cor-  
nelio Casare  
am uocatus.

Hoc anno Tiberij 22. Marcellus succedit  
Pilato, cui propter crudelitatem gubernatio à Marcellus suc-  
cessor Pilati  
Vitellio preside Syriæ fuit adempta. Præfuit  
autem Iudææ Pilatus annis 10.

Annus quintus Pauli conuersi,  
Christi nati 38. Tiberij



## VITA S. PAULI

Doctrina  
Euangelij per  
quinque annos  
tantum Iudæ  
is initio com-  
municata.

**H**Atenus per annos quinque doctrina de  
Christo crucifixo & resuscitato, in Iu-  
dæa, Samaria, Galilæa, Palestina, Phœ-  
nicia, Cypro, Antiochia & Syria, tantum Iu-  
dæis est communicata, sicuti Act. 11. scribitur,  
Et illi quidem, qui dispersi fuerant ex afflictio-  
ne, quæ orta fuerat ob Stephanum, perambula-  
uerunt usque ad Phœnicen & Cyprum, & An-  
tiochiam, nemini loquentes sermonem illum, ni-  
si solis Iudæis. Illis enim oportebat primum lo-  
qui sermonem Dei, ut Act. 13. inquit Paulus,  
sed quia illum repellabant Iudæi, conuersi sunt  
Apostoli ad Gentes, iuxta præceptum Domini  
Lucæ ultimo.

Euangelium  
anno quinto  
post Christum  
resuscitatum  
in Gentes u-  
niuersaliter  
propagatum.

Hoc uero anno quinto conuersionis Pauli,  
etiam Gentes uniuersaliter sunt participes be-  
nedictionis seminis Abrahamæ, iuxta editam pro-  
missionem: In semine tuo benedicentur omnes  
gentes terræ.

Cum enim Petrus Ierosolymam reuersus à  
Iudæis accusaretur, quod & Gentibus Euange-  
lium de Christo Iesu annuiciasset, & cum illis  
esset conuersatus, ostensis firmis causis, quod  
Gentibus credentibus Euangelio, non secus ac  
Iudæis datus esset Spiritus sanctus, sopita est  
controuersia, & cepit doctrina Euangelij inde  
etiam ad Gentes spargi, Act. 11.

Præ-

Præcipue uero in Antiochia Syria urbe populosissima & Tetrapoli, quæ ab Ierosolyma itinere sedecim dierum distat, magna accessio ad numerum credentium Euangelio facta est, Ideo ab Ierosolymis eo missus est Barnabas Leuites, Cyprius genere, uir bonus & plenus Spiritu sancto & fide.

Antiochia Tetrapolis distat a Ierosolyma itinere sedecim dierum. Barnabas.

Vt igitur Antiochiæ in urbe populosa *ἡ ἐκκλησία* haberet Barnabas, proficiscitur Tarsum, et inde secum Antiochiam ducit Paulum. Accidit autem, ut annum totum consuetudinem agerent cum ea congregatione. Hic discipuli primum Christiani cognominati sunt, fuit is annus à mundo condito 4000.

Anno mundi 4000 discipuli in Antiochia Christiani appellati.

Nam cum iam iuxta Danielis uaticinium Cap. 9. post Christum resuscitatum sacrificiū & oblatio cecidissent, & Lex esset abrogata, & sparsa Euangelio etiam in Gentes, quibus credentibus in Christum, Spiritus sanctus tam dabatur, quam Iudæis circumcisis, populus Dei, qui hætenus per annos 2000, à patre suo semen Abrahamæ appellabatur, nunc ab anno mundi 4000 ex Iudæis & gentibus collectus, in postremo bismillenario usq; ad finem mundi, nouo & in signi regio nēpe nomine ornatur, ut Christiani à Christo æterno Rege suo appellentur.

Christiani à Rege suo Christo appellati.

## VITA S. PAULI

Mundus no-  
uus.

Diluvium B  
uangelij.

Sceptrum re-  
gii Christi  
ex Sion in  
gentes emis-  
sum anno  
mundi 4000

Pauli post  
conversionē  
secundus re-  
ditus Ieroso-  
lymam.

Ita iam anno mundi 4000 nouus mundus, & cœli noui per doctrinam Euangelij creantur & noua fiunt omnia, nouus populus, cultus, doctrina, templum & sacerdotes noui, toto ueteri mundo per Euangelij diluuium deleto, quæ nouitas mundi spiritualis, durabit usq; in finem mundi, ubi post resurrectionem mortuorum, etiam corporaliter noui cœli & noua terra creabitur, his quæ nunc sunt, omnibus igni exustis, ubi & Prophetiæ, linguæ & scientiæ, & fides & spes, & hoc totum regnum Christi, quod nunc est, abolebitur, & Deus erit omnia in omnibus.

Hoc igitur anno quinto conuersionis Pauli, Mundi uero 4000, benedictio seminis Abraham, seu sceptrum & regnum Christi, Euangelium è Sionio monte primum per quinque annos tantum ad colligendos Iudeos dispersos emissum, incipit propagari etiam in gentes per totum terrarum orbem, duraturum donec hic Rex ueniat.

Eodem anno Barnabas & Paulus reuersi sunt ex Ierosolyma Antiochiam, expleto ministerio Eleemosynæ, Act. 12.

Annus sextus Pauli conuersi, Christi nati 39. Caij Caligulæ imperatoris primus, qui imperat annis 4.

PAVLUS

**P**AVLUS & Barnabas, emiſi à Spiritu ſan-  
cto ex Antiochia, abeunt Seleuciam, inde Paulus & Barnabas  
in Cyprum Salaminem & Paphum, ubi miſſi ad Gen- tes.  
Sergius Paulus proconſul Romanus conuerti-  
tur.

Annus ſeptimus Pauli con-  
uerſi, Chriſti nati 40.  
Caij 2.

**E**X Papho ueniunt in Pergen Pamphiliæ,  
à Perga Antiochiam Piſidia, ubi à Iudæis  
mota ſeditione, illis finibus pulſi ſunt,  
Act. 13.

Hoc anno ſecundo Caij, Herodes Antipas,  
cum circiter 36 aut 37 annis regnaſſet, relega-  
tur à Caio in Lugdunum Galliæ oppidum, cum  
Herodiade, Herodis Agrippæ ſore, & eius  
tetrarchia, Galilæa nempe & Perea, donatur  
Herodi Agrippæ, qui ex captiuo fit Rex.

Herodes An-  
tipas inter-  
ſector Bap-  
tiſtæ relegatus

Hæc fuit pœna inceſtus, & interfecti Bap-  
tiſtæ & Chriſti illuſi ac in alba ueste ad Pila-  
tum remiſſi.

Mortuo enim Herode magno Caſar Augu-  
ſtus inter filios regnum eius hoc modo diuidit.  
Archelium conſtituit ἐβραϊστικῶν dimidiæ Iudææ re-  
gionis, quæ Herodi tributa reddiderat, uideli-  
cet Idumæa, Iudæa & Samaria, Alteram dimi-  
diam

Herodis re-  
gnum quo  
modo ab Au-  
guſto inter-  
eius liberos  
diuiſum.

VITA S. PAULI.

diam regni partem ita cæteris duobus distribuit, ut Herodes Antipas raptor Herodiadis uxoris fratris sui Philippi,  $\tau\epsilon\tau\rho\acute{\alpha}\rho\chi\eta\varsigma$  Galilææ & Perea esset, Philippus autem  $\tau\epsilon\tau\rho\acute{\alpha}\rho\chi\eta\varsigma$  Bethanæ cum Trachonitide & Auranitide, & cum aliqua parte domus, quæ Zenodori dicebatur.

Annus octauus Pauli conuerſi, Christi nati 41.  
Caij 3.

**P**AVLUS & Barnabas eiekti ex Antiochia, ueniunt Iconium, ubi multo tempore demorati sunt, Act. 14.

Annus nonus Pauli conuerſi, Christi nati 42.  
Caij 4.

Paulus lapidatus,

**P**VLſi ex Iconio, confugiunt ad ciuitates Lycaonia Lystram & Derben Paulus et Barnabas. Fuit autem in Lystris lapidatus, sed diuinitus seruatus Paulus, Act. 14.

Euangelium Matthei, quo tempore scri

Hoc tempore scribit Mattheus Euangelium Euseb. Nicepho: 15. anno post ascensionem Domini scriptum affirmat.

Annus

Annus decimus Pauli conuersi,  
Christi nati 43. Claudij  
Cæsaris primus, qui im-  
perat annis quatuor  
ordecim.

**P**AVLUS ex Lystra postero die, quo lapidatus fuerat, profectus est cum Barnaba Derben, ubi cum euangelizassent, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam, de-  
nuo confirmantes animos discipulorum, exhortantesq; ut perseuerarent in fide &c. Act. 14.

Herodi Agrippæ ( filio Aristobuli, quem pater Herodes magnus cum alijs duobus filijs Alexandro & Antipatro interfecerat ) adiunguntur à Claudio hoc anno præter priores tetrapolus, etiam Iudæa, Samaria, & omnes partes quas ipsius auus Herodes magnus tenuerat, & præter hæc Abela tetrarchia Lysaniæ & pars Ciliciæ & Comagene adempta Antiocho.

Beda refert hoc tempore Felicem à Claudio missum procuratorem prouinciæ Samariæ, Galiliæ & regionis, quæ dicitur trans Iordanem, Vnde Paulus Act. 24 inquit: Æquiore animo pro me ipso causam dico, cum sciam te multis iam annis iudicem fuisse huic genti.

Felix quo tempore in Iudæam missus.

Annus

VITA S. PAULI

Annus undecimus Pauli con-  
uersi, Christi nati 43.

Claudij 2.

**P**AVLUS & Barnabas peragrata Pisidia, ue-  
nerunt in Pamphiliam, ubi in Perga, locup-  
ti sunt sermonem Domini, Act. 14.

Annus duodecimus Pauli con-  
uersi, Christi nati 44.

Claudij 3.

**E**X Perga descenderunt in urbem Attali-  
am, & inde soluerunt Antiochiam Syriæ  
unde erant traditi gratiæ Dei, in opus  
quod compleuerunt, spacio scilicet sex anno-  
rum, ουκ ἄπο τῶμας ἀλλὰ ἐν πλάτει, Act.  
14.

**I**acobus fra-  
ter Iohannis  
Euangelistæ  
quo anno in  
terfectus.

Hoc anno Herodes Agrippa Priscus rex,  
ut Iudeorum fauorem promerereur, mouet  
persecutionem aduersus Ecclesiam, & occidit  
Iacobum fratrem Iohannis Euangelistæ filium  
Zebedei, & Petrum, in diebus Azymorum in  
carcerem coniecit. Ex Hierosolyma Cesaream  
reuersus, percussus ab angelo mortuus est, cum  
septem annis imperasset, Act. 12. Iose. lib. 12.  
Antiqui. Cap. 7.

Eodem tempore Maria mater Domini mor-  
tua est, Anno ætatis sue 59.

ANNO

Annus Pauli conuerſi 13 & 14  
 Chriſti nati 46 et 47 Clau-  
 dij 4 & 5.

**A**NTiochiam cum ueniſſent Paulus &  
 Barnabas, & congregaſſent Eccleſiam,  
 retulerunt quaecunq; feciſſet Deus ſe-  
 cum & quod aperuiſſet Gentibus oſtium fi-  
 dei, Commorati autem ſunt illic multum tempo-  
 ris cum diſcipulis, Act. 14.

Eufebius, Oroſius & Beda, affirmant famem Fames ab A  
 gabo prophe  
 ta prædicta.  
 à Propheta Agabo prædictam, fuiſſe anno  
 quarto Claudi, Sed aliter Joſephus, ut mox di-  
 cemus.

Hoc tempore Cuſpius Fadus Cuſpius Fæ  
 dus.  $\epsilon\tau\alpha\pi\chi$   
 in Iudæam à Claudio poſt mortem Herodis A-  
 grippæ miſſus eſt, Joſeph. lib. 19. Antiqui: ca-  
 pit. 8.

Circa hæc tempora à Fado præſide Iudææ  
 ut reſert Joſephus lib. 20. Antiqui: Cap. 4.  
 Theudas Pſeudopropheta magus interfectus Theudas  
 pſeudopro-  
 pheta inter-  
 feſtus.  
 eſt, et diſſipati ſunt, qui ei adheſerunt. Videtur  
 autem hic alius eſſe, & multo poſterior, quam  
 cuius Act. 5. mentio fit. Dicit enim Lucas, Iu-  
 dam Galileum fuiſſe, in diebus profeſſionis ſub  
 Cyrenio præſide tempore Chriſti nati, poſt  
 Theudam. Hic Iudas Galileus, ut reſert Joſe-  
 phus



phus, ultra tres sectas, Phariseorum, Sadduceorum & Esseorum, quartam inuexit, qui defensores libertatis, contendebant, nulli Domino nisi soli Deo, seruiendum, ideo tributum Romanis nullo modo soluendum esse, ne ita libertatem amitteret populus. Allegabant illud Deu. 6. Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruias. Item, affirmabant eos, qui templo decimas & debitam pensionem persoluerent, Casari tributa non debere reddere, Vnde à Pharisæis postea post annos 30 hæc questio plena fraudis & inuidiæ Christo proponitur, Licet ne tributum dare Casari an non? Ab hoc igitur Iuda Galileo, qui anno primo Christi nati fuit, usq; ad hunc Theudam sunt anni 46. Necessè igitur est alium Theudam esse multo priorum, cuius Gamaliel meminit, qui Iudam Galileum post Theudam fuisse affirmat.

Annus conuersi Pauli 15. Christi nati 48. Claudij 6.

Pauli post  
conuersionē  
tertius redi-  
tus Ierosoly-  
mam.

POST annos quatuordecim (à sua conuersione, inclusis primis tribus annis, quibus Damasci & in Arabia fuit) ascendit Paulus Ierosolymam cū Barnaba et Tito, inde à Synodo cū literis Apostolorum dimissi, demoratur Antiochiæ, docentes sermonem Domini, quo

quo cum Petrus uenisset, restitit illi Paulus, Galat. 2. Actor. 15. Id eo tempore accidisse affirmat Beda super acta Apostolica.

Si Synodus Apostolorum, ad quam Paulus post quatuordecim annos ascendit, ponatur in 17 annum eius conuersionis, qui est annus octauus Claudij, ut Hieronymus & multi alij sentiunt, non erunt plures anni, quam quinque usque ad eius captiuitatem. Captus enim est 22 anno sue conuersionis, post festum Pentecostes, qui est annus 13 Claudij, Cæsareæ autem biennium sub Felice in custodia fuit, anno scilicet ultimo Claudij & primo Neronis, quo biennio (inquit Lucas Act. 24) expleto, accepit successorem Felix Portium Festum, à Nerone in Iudeam missum, Iose. lib. 20. Antipa. Cap. 13. Euseb. lib. 2. cap. 22. In historia Ecclesiastica, & idem in suo Chronico sic refert: Festus in gubernatione succedit Felici, apud quem, presente Agrippa rege, Paulus Apostolus religionis sue rationem exponens, uinctus Romam mittitur. Id dicit factum anno imperij Neronis secundo, quod & Hieronymus in uita Pauli affirmat.

Synodus Apostolorum  
quo anno  
conuersionis  
Pauli fuerit.

Impossibile autem est, hæc omnia, quæ à Luca post hanc Synodum à Paulo acta esse referuntur

## VITA S. PAULI

suntur, spacio quinque annorum esse facta. Nam  
 præter tot longinquas peregrinationes, totum  
 annum et sex menses fuit Corinthi, Act. 18. To-  
 tum biennium Ephesi, Act. 19. Tres menses in  
 Grecia, et iterum in Corintho, Act. 20. Necessa-  
 se igitur est, in hos quatuordecim annos includi  
 primos tres, quibus in Arabia et Damasci fuit  
 Paulus, Et cum Galat. 2. inquit. Deinde post  
 annos quatuordecim ascendi Ierosolymam, ini-  
 tium horum annorum à conversione eius faci-  
 endum est, et ita ab hac Synodo usque ad eius  
 captiuitatem, reliqui erunt anni octo, quibus  
 hæc agi potuerunt, quæ post hanc Synodum ge-  
 sta, scribuntur à Luca, duo. *Act. 21.* habemus Be-  
 dam, Lyram et Bullingerum in serie annorum  
 Actorum Apostolicorum, qui hæc diligenter  
 collegit.

Annus Pauli conuersi 16 Christi nati  
 49 Claudij 7.

**P**AVLUS allecto Sila perambulat Syriam ac  
 Ciliciam, confirmans Ecclesias, Acto. 15.  
 Hoc anno Tiberius Alexander. substitui-  
 tuitur præses Iudeæ Cuspio Fado, sub quo Iose-  
 phus famem à Propheta Agabo prædictam, per  
 totum terrarum orbem fuisse scribit, quam  
 subleuauit liberalitas Helene regine. Adia-  
 norum

Fames ab A-  
 gabo prædi-  
 ctas.

horum, importato Ierosolymis frumento ex Ægypto, & ficis ex Cypro, & collatio Ecclesiarum Syriae, Asiae & aliarum nationum.

Annus Pauli conuersi 17. Christi  
nati 50. Claudij 8.

**P**aulus cum Sila peruenit Derben & Lystram, & ibi assumpto Timotheo peragrata Phrygiam & Galatiam, & Mysiam & tandem ueniunt Troaden, unde uocantur in Macedoniam, ubi primum in Philipporum urbe Paulus docuit, casus ibi cum Sila uirgis & incarceratus, Act. 16. inde eiectione peragrata Amphiboli & Apollonia, uenerunt Thessalonicam ubi excitata contra ipsum seditione, uenit Berhoeam, ubi cum à iudæis quoque tumultus contra ipsum motus esset, deductus est Athenas, Act. 17. qua in urbe se solum resedisse, misso ad Thessalonicenses, Timotheo, 1. Thes. 3. scribit. Et ibi utramque Epistolam ad Thessalonicenses scriptam a Paulo, testatur ipsarum subscriptio in fine Epistolarum adposita, Act. 17.

Timotheus.

Paulus uocatus in Macedoniam, docet Philippis.

Epistolæ Pauli ad Thessalonicenses, ubi & quo tempore scriptæ.

Apparet autem duas ad Thessalonicenses Epistolas esse primas, quas scripsit Paulus.

Hoc.

## VITA S. PAULI

Hoc tempore Dionysius Areopagita con-

Dionysius  
Areopagita.

uerfus est Athenis à Paulo.

Herodes rex  
Chalcidis.

Iosephus lib. Antiqui: 20 cap. 5. scribit  
Herodem regem Chalcidis fratrem regis A-  
grippæ maioris mortuum esse hoc anno octavo  
Claudij, cuius regnum Claudius Agrippæ lu-  
niori dedit, coram quo & Festo præside, infra  
anno 24 suæ conuersionis Paulus suam causam  
dicit, Act. 26. Hic iunior, non Herodes, sed tan-  
tum Agrippa uocatur.

Annus Pauli conuersi 18. Chri-  
sti nati 51. Clau-  
dij 9.

Paulus uenit  
Corinthum.

**P**OST hæc Paulus digressus Athenis, uenit  
Corinthum, ubi cum edicto Claudij Cæsa-  
ris eius imperij anno nono autore Orosio,  
( qui 18 annus conuersi Pauli est ) omnes Iudæi  
Roma expulsi essent, inuenit Corinthi Aquilam  
cum Priscilla uxore, qui nuper ab Italia uene-  
rant. Sedit autem ibi annum & sex menses, da-  
cens sermonem Dei Act: 18.

Aquila &  
Priscilla.

Annus Pauli conuersi 19. Chri-  
sti nati 52. Clau-  
dij 10.

Hoc

**H**OC dimidio anno ultra priorem, deinde dies multos Corinthi commoratus Paulus, maledicto fratribus, abnauigauit in Syriam, comitantibus eum Priscilla & Aquila deuenitq; Ephesum, ubi paucos dies manens, soluit Epheso, cumq; peruenisset Cesaream, ascendit Ierosolymam, & salutauit Ecclesiam, Act. 18.

Pauli post  
conuersionē  
quartus redi-  
tus Ierosoly-  
mam.

Ex Ierosolyma descendit Antiochiam, & commoratus illic aliquantum temporis, profectus est, perambulans ex ordine Galaticam regionem ac Phrygiam, confirmans omnes discipulos, Act. 18. in qua perfectione & Laodiceam inuisit, ubi prima ad Timotheum Epistola à Paulo scripta est, ut testatur eius Epistolæ sub scriptio his uerbis, Missa fuit ex Laodicea, quæ est Metropolis Phrygiæ Pacatiæ, & in finibus Phrygiæ & Galatiæ circa 30 miliaria ab Iconio, Lystra & Derba, urbibus Lycaoniæ sita.

Epistola Pau-  
li prima ad  
Timotheum  
ubi & quo  
anno scripta

Est & altera Laodicea Asiæ, ad Lycum annem, Colossis uicina, in qua sicuti & in Colossis Paulus non fuit, ut Coloss. 2. scribit. Concidit hæc Laodicea, quæ ad Lycum sita est, cum duabus urbibus uicinis Colossis, & Hierapoli interfectrice Philippi Apostoli, concussa terra.

Laodicea ad  
Lycum.

VITA S. PAULI

terremotu, anno decimo Neronis, paulò ante mortem Pauli.

Cumanus præfes Iudæe  
 Hoc anno Claudij decimo Cumanus præfes Iudæe successor Tiberij Alexandri missus est, qui Tiberius propter rapinas et concessa latrocinia & provinciam male administratam in exilium pellitur à Claudio.

70000 hominum milia  
 Sub hoc præside uiginti hominum milia Ierosolymis in templo, quarta die Azymorum oppressa sunt, Ioseph. Anti: lib. 20. cap. 6.  
 in templo perierunt.

Annus Pauli conuersi 20 & 21  
 Christi nati 53 & 54 Clau  
 dij 11 & 12.

Apollos.  
 Factum est autem, cum Apollos esset Corinthi, ut Paulus peragratis superioribus partibus, uidelicet Galatia & Phrygia, ueniret Ephesum, & ibi per biennium in schola Tyranni cuiusdam quotidie disputaret, ita ut omnes, qui habitabant in Asia, audirent sermonem Domini, Act. 19. Ibi cum bestijs pugnauit, 1. Corinth. 15.

Paulus pugnat cum bestijs Ephesi.  
 Hoc tempore & ex Epheso primam ad Corinthios Ppistolam Paulum scripsisse uerissimilius est, quam ex Philipporum urbe, ut eius Epistole subscriptio in fine addita habet. Nam  
 Pauli Epistola prima ad Corinthios, quo anno & loco scripta.  
 1. Cor.

1. Corinth. 16: sic ipse scribit: Veniam ad uos, cum Macedoniam pertransiero. Item, Commemorabor Ephesi, usq; ad diem quinquagesimum.

Fuit igitur Ephesi Paulus, cum primam ad Corinthios scriberet.

Sunt, qui eodem tempore ex Epheso Epistolam ad Titum scriptam putant, Sed eius subscriptio hæc uerba habet: Scripta ex Nicopoli Macedonia, quæ sita est in Aëtiaco littore, ubi ab Octauio, prælio nautali Antonius cum Cleopatra uictus est, unde ea urbs nomen habet.

Epistola ad Titum, quo loco & tempore scripta. Nicopolis.

Premisit autem ex Epheso Paulus in Macedonia Timotheum & Erastum, remanens ad tempus, uidelicet ad quinquagesimum diem, Ephesi, Act. 19.

Hoc anno undecimo Claudij, Felice Pallantis Eunuchi Claudij, Cesaris frater, successit Cumano in gubernatione Iudææ & Samaritæ, qui antea quoq; Philippi Tetrarchiam ante nos gubernauerat. Ideo Paulus Act. 24 ait, se scire, eum fuisse iudicem huius gentis multis annis. Homo fuit conditionis libertinæ & auarus, ideo ibidem Lucas sic de eo refert: Felix respondit, in præsentia abi, ceterum oportunitatem nactus accersam te, simul & illud sperans, fore, ut pecunia sibi daretur à Paulo &c.

Felix successor Cumani, homo auarus



## VITA S. PAULI

De hoc Felice Aurelius Victor sic scribit :  
 Liberti Claudij summam potestatem adepti,  
 stupris, exilio, cæde, proscriptionibus, omnia  
 fœdabant, ex quibus Felicem legionibus Iudææ  
 præfecit. Item, Cornelius Tacitus, Felix Iudææ  
 impositus, cuncta malefacta sibi impune ratus  
 &c.

Calamitates  
 Iudæorū sub  
 Felice præsi  
 de.

Multa fuerunt latrocinia in agris, seditio-  
 nes crebræ, cædes in urbe & templo Ierosoly-  
 mitano, & magnæ passim erumne in populo  
 Iudaico sub hoc Felice, quæ euersione huius po-  
 puli præcesserunt, Ab hoc oppressus est Ægyp-  
 tius Pseudopropheta cū quatuor milibus uiris  
 Sicarijs, Act. 21. Iosephus lib. Anti. 20. cap.  
 12.

Philippus A-  
 postolus in-  
 terfectus.

Hoc tempore, duodecimo nempe Claudij an-  
 no, scribit Eusebius Philippum Apostolum in  
 Hierapoli Phrygiæ urbe affixum cruci, lapidi-  
 bus obrutum.

Eodem anno duodecimo imperij sui exple-  
 to, Claudius Cæsar donat Agrippæ Iuniori Te-  
 trarchiam Philippi & Bataneam, addens ei et  
 Trachonitin cum Abella, quæ Lysaniæ Tetrar-  
 chia fuerat, Iosephus lib. Antiqui: 20. cap. 9.

Drusilla nu-  
 bit Felici.

Item, eodem tempore Drusilla soror Agrip-  
 pæ Iunioris, quæ erat Iudæa, nubit Felici præ-  
 sidi

fidi iudeæ, persuasa à Simone mago, quæ cum marito Felice, audiuit à Paulo fidem, quæ est in Christum, Act. 24. anno scilicet sequenti Pauli conuersi 22.

Annus Pauli conuersi 22 Christi  
nati 55 Claudij 13.

**S**edato Ephesi tumultu, Paulus proficiscitur in Macedoniam, uisitatis ibi omnibus urbibus & Ecclesijs, ubi antea docuerat, Acto. 19 & 20. Ibi in Philipporum urbe, secunda Epistola ad Corinthios, scripta, missa fuit per Titum & Lucam, quos præmisit ad colligendas in Chorointho & Achaia Eleemosynas, mox eos insecutus, tres menses in Grecia & præcipue Corinthi commoratur, Act. 20. Eo tempore scripta in Corintho Epistola ad Romanos, missa fuit per Phœben ministram Cenchreensis Ecclesiæ, & tum primum Paulus ab Ierosolyma usq; ad Illyricum impleuerat omnia per doctrinam Euangelij, ut cap. 15 in Rom. refert, ubi & inquit. Nunc proficiscor Ierosolymam, ministrans sanctis. Visum est enim Macedoniæ & Achaie (ubi tum in Corintho erat Paulus, cum hæc scriberet) communicationem aliquam facere in pauperes sanctos, qui sunt Ierosolymæ, ad quas Eleemosynas colligendas

Epistola Pauli ad Corinthios secunda, ubi & quo anno scripta.

Epistola ad Romanos quo loco & tempore scripta.

D præmise.

VITA S. PAULI.

præmiserat Titum & Lucam Corinthum, & erant tum Corinthi apud Paulum Timotheus, Gaius hospes Pauli, quorum nomine in ea Epistola Romanos salutatur, & Lucas Act: 20 scribit Paulum festinasse, ut diem Pentecostes ageret Ierosolymis, quæ omnia ostendunt eo tempore Epistolam ad Romanos scriptam esse Corinthi.

Paulus ut insidias Iudeorum vitaret, non re-  
 cta ex Corintho in Syriam soluit, sed abijt in  
 Macedoniam, ubi in Philippis festum Pasche  
 agit, intra 5 dies uenit Troaden, ubi commora-  
 tur dies septem, & Eutychem mortuum resus-  
 citat, inde peragrat Asson, Mitylene, Chium,  
 Samum, Trogillion, Miletum, quo ex Epheso  
 ad se Presbyteros conuocat, quibus commone-  
 factis ualedixit, & eis prædicit, quod ipsum  
 amplius non sint uisuri, Act: 20,

A Mileto facit iter per Coum, Rhodum, Pa-  
 taram, & tandem uenit Tyrum, ubi 7 diebus  
 mansit, inde descendit Ptolemaidem, ibi unum  
 diem mansit. Postea uenit Cesaream, ubi Pro-  
 pheta Agabus prædicit Paulum Ierosolymis  
 uinctum iri, inde uenit Ierosolymam ad festum  
 Pentecostes, ubi persuasus à Iacobo & Presby-  
 teris purificatur cum alijs uiris ad deliniendos  
 Iudeos

Pauli quinta  
 & postrema  
 profectio Ie-  
 rosolymam  
 post ipsius  
 conuersionē.

Iudæos, offensos quod contra legem Mosi doceret, Sed Iudæi non placati mouent seditionem contra Paulum, in qua Paulus à Claudio Lysia tribuno cohortis capitur, & fit coniuratio à 40 uiris ad Paulum interficiendum. Mittitur igitur Cæsaream ad Felicem præsidem, Act. 23. 22. 23. 24. Vbi Felix cum uxore Drusilla audit Paulum docentem fidem, quæ est in Christum.

Paulus capitur.

Annus Pauli conuersi 23. Christi nati 56. Claudij 14.

**P**AVLUS tenetur captiuus Cæsareæ bienni- um, Act. 24. nempe ultimo anno Claudij, & deinde sequenti anno primo Neronis, Nam Euthalius refert Paulum anno 13 Claudij captum, & eo tempore Felicem in Iudæa præsidem fuisse, id quod & Iosephus lib. Anti. 20. cap. 9. testatur. Hic est annus primus Pauli, Cæsareæ sub Felice præside captiui.

Paulus biennio captiuus Cæsareæ anno 13, Claudij captus.

Annus Pauli conuersi 24. Christi nati 57. Neronis 1. Imperauit autem Nero annis 14.

**H**OC anno primo Neronis Felicem adhuc præsidem Iudææ fuisse, scribit Iosephus

Pauli Cæsareæ captiui annus secundus.

VITA S. PAULI

lib: Antiqui. 20. cap. 11. Hic annus secundus est  
quo Paulus captiuus sub Felice Cesare fuit,  
Act. 4.

Annus Pauli conuersi 25. Chri-  
sti nati 58. Neronis 2.

**L**ucas in fine capituli 24 Act. sic scribit:  
Biennio, uidelicet captiuitatis Pauli, ex-  
pleto, accepit successorem Felix Porti-  
um Festum, Volens autem gratiam prestare  
Iudeis Felix, reliquit Paulum uinctum.

Felici succe-  
dit Portius  
Festus.

Felici autem Romam propter crudelitatem  
& auaritiam reuocato, Portium Festum in gu-  
bernatione Iudee successisse à Nerone missum,  
testatur Iosephus lib. Antiqui: 20 cap. 13. Item,  
Eusebius lib. 2. cap. 22. Historiæ Ecclesiasti-  
cæ: Hoc anno coram Festo solo primum suam  
causam dicit Paulus Act. 25. Deinde coram Ag-  
rippa Rege Iunioris & Festo, Act. 26.

Paulus ducit  
suam causam  
coram Festo.

Hoc anno 2 Neronis uenit Paulus Romam  
à Festo successore Felici missus, cum ad Cesa-  
rem appellasset, comitibus duobus, Luca & An-  
dræo Thessalonicensi, Act. 17. Idem affir-  
mat Hieronymus in uita Pauli, & Eusebius in  
suo Chronico.

Paulus uenit  
Romam ca-  
ptiuus anno  
2 Neronis.

Platinæ

Platina in uita Petri & Pauli hæc uerba sunt: Paulus post Christi mortem anno 25. id est, Neroniani imperij secundo, eodem tempore, quo Festus procurator Iudææ Felici successit, Romam uinctus Aristarcho conceptiuo comitante, ut ciuis Romanus mittitur &c.

Annus Pauli conuerſi 26 & 27,  
Christi nati 59 & 60. Ne-  
ronis 3 & 4.

**H**is duobus annis Paulus mansit Romæ in suo conducto hospitio, & suscepit omnes, qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens, quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione, Act. 28.

Paulus mansit duobus annis Romæ in suo conducto hospitio.

Hactenus Lucas historiam Pauli, ab eius conuersione usque ad 27 annum, sed non integram pertexit, restant. n. adhuc nouem aut decem anni, ut mox ostendemus, Nam ultimo anno Neronis decollatus est, Imperauit uero Nero annis 14.

Lucas pertexit historiam Pauli usque ad annum 27.

De Epistolis Pauli Romæ scriptis.

**H**OC biennio, quo Romæ in suo conductu mansit, scripsit Epistolas sequentes:

Pauli Epistolæ Romæ

D 3

Ad scriptæ.

VITA S. PAULI

Ad Galatas.

Ad Ephesios per Tichicum.

Ad Philippenses per Epaphroditum.

Ad Collossenses per Tichicum & Onesimum.

Ad Philemonem per Onesimum.

Paulus desertus a suis discipulis.

Erant eo tempore, quo has scribebat, cum Paulo Aristarchus concaptivus, Timotheus, Marcus consobrinus Barnabae, Epaphras, Lucas & Demas, quorum mentionem in fine Epistolae ad Colossenses facit. Sed cum sifteretur Caesari ab illis omnibus, sicuti Christus a suis discipulis, desertus fuit, ut 2. Timot. 4. scribit: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me deseruerunt, ne illis imputetur &c.

Pauli Epistola ad Timotheum secunda quo tempore & loco scripta.

Secundam ad Timotheum dicunt quoque scriptam ex Roma, sed quo tempore scripta sit, incertum est. Cum priores, quarum iam mentio facta est, scriberentur e Roma, Demas cum multis alijs, ut iam dictum est, erat adhuc cum Paulo, sed in hac secunda ad Timotheum sic scribit Paulus: Demas me reliquit, amplexus praesens seculum, & profectus est Thessalonicam, fortassis offensus cruce & persecutione ac vinculis. Item, Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam, Lucas mecum est solus.

videtur

Videtur igitur secunda ad Timotheum postrema omnium Epistolarum Pauli. Eusebius, Hieronymus, Nicephorus, & quidam alij putant à prima liberatione post 9 aut 10 annos, quibus postea Euangelium in Occidente & Hispania docuit, scriptam, cum iterum sisteretur Neroni, ut eius Epistolæ subscriptio habet, sub finem eius vitæ, id quod ex his uerbis Pauli, quæ in eadem Epistola cap. 4. sunt, colligunt: Ipse iam imolor, & tempus meæ resolutionis instat. Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, quod superest, reposita mihi est iustitiæ corona &c.

Alij aliter sentiunt, abundet quisq; suo sensu.

Hoc tempore & acta Apostolica à Luca scripta esse uidentur.

AAa Apostolica quo tempore scripta.

Annus Pauli conuersi 28. Christi nati 61. Neronis 5.

**H**IS sequentibus decem annis Paulum liberatum ex ore leonis Neronis, cum primum inuississet Ecclesias Græciæ, Macedoniae, Asiæ, & cæteras, docuisse Euangelium in Italia, Gallia, Hispania, & alijs Occidentis partibus, autores sunt, Eusebius, Epiphanius, Paulus docet in Occidentis partibus post primam liberationem



VITA S. PAULI

Euthalius Diaconus, Hieronymus, Sophronius Patriarcha Ierosolymitanus, Nicephorus, Beda Platina & alij, Et Paulum uoluisse ire in Hispaniam, testantur hæc eius uerba Roman. 15. Quodcumq; iter instituero in Hispaniam, ueniam ad uos, Et Acto. 19. inquit, Postquam fuero Ierosolymis, oportet me & Romam uidere.

Annus Pauli conuersi 29 Christi  
nati 62. Nero-  
nis 6.

Albinus præses Iudeæ.

**A**lbinus Iudeæ præses succedit Festo mortuo, sub hoc magna latrocinandi licentia fuit.

Annus Pauli conuersi 30 Christi  
nati 63. Nero-  
nis 7.

Iacobus Apostolus frater Domini interfectus.

**I**acobus Iustus, frater Domini, 30 annis post Christum ex mortuis resuscitatum Episcopus Ierosolymæ, de pinna templi in festo Paschæ deiectus lapidatur, De quo uide Iosephum lib. 20. Antiqui: cap. 16. Eusebium lib. 2. cap. 22.

Annus Pauli conuersi 31. Christi  
nati 64. Nero-  
nis 8.

MAR.

**M**arcus Evangelista mortuus & martyrio coronatus in Alexandria Ægypti, anno octavo Neronis, autore Platina. Marcus Evan- gelista quo anno mortuus.

Annus Pauli conuerſi 32. Chriſti nati 65. Neronis 5.

**P**ost Marcum Evangelistam primus Alexandria Ecclesie Episcopus ordinatur Annianus Bpiscopus Alexandrinus, qui autore Eusebio, præfuit annis 22.

Annus Pauli conuerſi 33. Chriſti nati 66. Neronis 10.

**N**ero ex petulantia ut imaginem uastate Troie uideret, incendit Romam, quæ sex totos dies arſit, & ad delendam infamiam, eius incendij autores fingit Christianos fuisse, contra quos uniuersalem persecutionem mouet, quæ annis 4 usq; ad eius mortem durauit, in qua Paulus & Petrus anno ultimo Neronis interfecti sunt. Nero incendit Romam. Nero mouet persecutionē contra Ecclesiam,

Hoc anno decimo Neronis Gessius Florus homo auarus, rapax & sceleratissimus succedit Albino in prefectura Iudææ. Gessius Florus præses Iudææ.

D 5 Eodem

VITA S. PAULI

Laodicea  
Colossæ, Hie-  
rapolis.

Eodem anno Laodicea ad Lycum, Colossæ et Hierapolis interfectrix Philippi Apostoli, urbes Asiæ & vicinæ, quadriennio ante Pauli mortem, terræ motu corruerunt.

Annus Pauli conuersi 34 Christi  
sti nati 67 Neronis 11.

Seneca,

**L**VCLUS Anneus Seneca biennio ante Paulum à Nerone interfectus.

Annus Pauli conuersi 35 Christi  
sti nati 68. Nero-  
nis 12.

Barnabas  
quo anno  
mortuus.

**P**LATINA in uita Petri & Pauli scribit Barnabam Cyprium, paulo ante Petri exitum in Cypro patria sua fidem Christi predicantem martyrio coronatum, id circa hæc tempora accidisse consentaneum est.

Iudaici belli  
iniciu quo  
anno.

Secundo anno administrationis Flori, duodecimo autem imperij Neronis, decimo septimo regni Agrippæ, mense Maio, cepit bellum Iudaicum contra Romanos, quo Ierosolyma euersa est, & gens Iudaica perijt, Iose: lib. Antiqui: 20. cap. ultimo. De bello Iuda. lib. 2. cap. 13. Diuinae scripturæ, quo Ierosolyma cum templo euersa est post

post Petrum et Paulum interfectos anno quarto, quos ideo ex hac uita ad sese euocauit Christus, ne tantæ calamitatis & interitus patriæ & gentis suæ spectatores essent.

Annus Pauli conuersi 36. Christi nati 69 Neronis 13.

**I**mmimente bello, quo Ierosolyma iuxta Prophetiam Christi euertenda erat, Ecclesia, que in Ierosolymis fuerat congregata, re- sponsa à Deo accepto, emigrare iubetur, & transire ad oppidum quoddam Pellam nomine trans Iordanem, quo ablatis ex urbe sanctis & iustis uiris, uindictæ cœlesti fieret locus &c. Euseb.

Hoc anno 13 Neronis Iotapata deuicta, & Iosephus à Vespasiano captus est, Calendis Iulij, Iosephus de bello Iudaico cap. 14.

Annus Pauli conuersi 37. Christi nati 70. Neronis 14.

**P**etrus extremis temporibus Neronis Romanam uenit, autore Nicephoro, & ibidem uno eodemq; die cum Paulo à Neroue interfectus est, anno 37 post passionem Christi, qui est ultimus Neronis. Autores sunt Eusebius, Hieronimus, &c.

## VITA S. PAULI

us, Hieronymus, Nicephorus, Euthalius Diaconus, Platina & multi alij. Sunt item, qui affirmant 13 anno Neronis interfectos.

**Paulus quam diu docuerit**  
Docuit igitur Paulus annos circiter 36. Breui autem post Nero seipsum confodit & Ierolyma, interfectrix Christi, Prophetarum & Apostolorum, euersa est cum templo, populotrucidato & disperso, & iam perpetua desolatio & uastitas ultra annos 1400 secuta est.

## HIERONYMI IN VITA Pauli hæc uerba sunt.

**Pauli uita a Hieronymo descripta.**  
**Paulus 7 anno Neronis missus Romam**  
**Paulus prædicat Euangelium in partibus Occidentis.**  
**Q**uia in Actibus Apostolorum plenissime de Pauli conuersatione scriptum est, hoc tantum dicam, quod post passionem Domini 25 anno, id est, secundo Neronis, eo tempore, quo Festus procurator iudeæ successit Felici, Romam uinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit.

Sciendum autem in prima satisfactione, nec dum Neronis imperio roborato, Nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ, Paulam à Nerone dimissum, ut Euangelium Christi, in Occidentis quoque partibus prædicaret.

dicaret, sicuti ipse scribit in secunda Epistola ad Timotheum, eo tempore, quo & passus est, de uinculis dicitur Epistolam :

In prima mea satisfactione, nemo mihi affuit sed omnes me dereliquerunt, non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes gentes, & liberatus sum de ore leonis, manifestissime leonem propter crudelitatem Neronem significans. Et in sequentibus : Liberatus sum de ore Leonis. Et statim liberauit me Dominus ab ob omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste, quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem Epistola præmiserat : Ego enim iam imolor, & tempus meæ resolutionis instat.

Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die, quo Petrus Roma pro Christo capite truncatus, sepultusq; est in uia Ostiensi, anno post passionem Domini 37.

Similia de Pauli temporibus scripta sunt et à Nicephoro lib. 7. cap. 34.

Concordat cum hac supputatione & serie annorum, quibus Paulus Euangelium docuit, et Euthalius Diaconus.

VITA S. PAVLI

ΒΙΘΑΛΙΟΥ ΔΙΑΚΟΝΟΥ ΠΕΡΙ  
 τῶν χρόνων τῶν κυζύματῶν τῶν ἁγίων  
 παύλου καὶ ὡρῆ τῆς διαμαρτυρίας  
 αὐτοῦ τελειώσεως.



Ναγκᾶιορ ἠγόσῃ ἄμην ἐν  
 βραχὺ τὸν χρόνον ἕως  
 σημεῖος αὐτῶν τῶν πάντων  
 λαὸν κυζύματῶν, ἐκ  
 τῶν χρόνων κανόνων  
 εὐσεβείας τῶν παμφίλων  
 τῶν ἀνακεφαλαίωσιν

ποιῶντων ὅτι δὴ τῶν βιβλίων μεταχέρας  
 εἰληφώς καὶ τάντων ἀναπτύξας, εὐρίσκω τὸ  
 πάθος τῶν σωτήρων ἡμῶν ἐνάτων καὶ δεσ  
 κατω ἔτη τιβερίδ καίσαρος γεγεννημένον καὶ  
 τῶν τριήμερον δὲ ἐνδύς ἀνάστασιν, καὶ πᾶσ  
 λιν τῶν ἐξ ἑρανδῶν ἀναληψίμ τῶν ἁγίων,

καὶ μετ' ἡμέρας τινὰς ὀλίγας, ἔσθον ἐκείν,  
 τῶν ἀποστόλων προχειριζομένων εἰς διακο  
 νίαν, τὸν αυτοφερόντων σέφανον, καὶ τοὺς  
 ἄμφ' αὐτὸν. καὶ μετέπειτα στάσιν ἰσοδαιῶν  
 ὡλεῖσθαι καταλαμβάνω, καὶ τὸν σέφανον  
 ἀγωνιζόμενον ἐκείσε, καὶ τὸν παύλον συνευ  
 δοκῶντα πάντων τῶν φόνων ὅς μικροῦ ἕσπερον  
 τοῖς

Christus pas-  
 sus anno 19.  
 Tiberij.

Stephanus.

Paulus.

τοῖς ἀρχασι τῶν Ἰουδαίων παρασάς, ἐπιστολήν ἐκομίζετο πρὸς τὸς ἐν δαμάσκῳ Ἰουδαίους καὶ τῶν μαθητῶν.

καὶ μεσὺν δὲ τῶν ὁδῶν ἠκλήσεις γεγένηται παρὰ τοὺς ἄσους, ὡς μικρῶν προσαναλωθῆναι τὸ ἔτος ἑκένος ἐπιλαβομένους διή τα τοῖ ἐννεα

Paulus a nno 19 Tiberij incipit docere.

καὶ δεκάτ' ἔτους τισερὶς καίσαρος κατάρξατο τὸν παῦλον τοῖ κήρυγματι φησὶ ἡ ἱστορία,

Docuit usq; ad annum. 33

καὶ τῶν ἅπασαν οἰκουμένην διαδραμεῖν εὐαγγελίζομενον τῶν εἰς χριστὸν ἐπισέβων, μετὰ τρεῖς καὶ δεκάτ' ἔτους κλαυδίου καίσαρος

Claudio Felix

ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

Festus.

καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

Prouocatio Pauli ad Caesarem.

καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

Aristarchus

καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι καὶ ἡγεμονεύοντι τότε τῆς Ἰουδαίας οὐλοῦντι

λέξ



VITA S. PAULI

λεῖπει λακῆς ὁ τὰς πράξεις τῶν ἀποστόλων  
 γραφῆ παραδίδει. κακέισε ὄν ἐπὶ τῆς ρώμης  
 ὁ παῦλⓄ διῆτ' ἄμ ὄλημ ἄυθις ἐφυλάττετο

ταῦτα γρ καὶ μέγρι τοῦτω ἰσορεῖ λακῆς  
 ἐμ τῆς πράξεσι τῶν ἀποστόλων καὶ ἐκείνο  
 καιρῷ τὸ βιβλίον συγγραφέμενος, καὶ τὰ κα  
 θεξῆς ἤκιστα τότε γινώσκων ὅτι τὸ μαρτύρι  
 ον τὸτ' ἐγκατέθετο τῆ βίβλω, καταλίπον  
 τες ἂ αὐτόμ ἐκέισε λακῆς τε καὶ ἄξιαν ρχⓄ  
 ἐξήλωθ.

Lucas perte-  
 xuit tantum  
 annos 24 Pau-  
 li nicurricali

Acta Aposto-  
 lica quod tem-  
 pore scripta.

Eusebius de  
 Martyrio S.  
 Pauli.

Paulus per  
 Neronem di-  
 missus docet  
 Evangelium  
 per alios.  
 jo, annos.

Neronis cru-  
 delitas.

ΕὐσέβιⓄ δὲ τοὺς μετέπειτ' ἡρόντες ἀκρι-  
 βῶς περιεγραζάμενος, ἰσόρησεν ἡμῖν καὶ ἐμ  
 τῷ δευτέρῳ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἰστορίας  
 λέγει τὸτ' καὶ τὸ μαρτύριον, καὶ φησι  
 τὸν παῦλον ἀνετομ διατρίψαι καὶ τὸν τῷ θεῷ  
 λόγον ἀκωλύτως κηρύξαι, ἐπὶ σημηνάμενος  
 ὅτι τότε μὲν ἐπὶ νερώνⓄ ἀπολογοῦσάμενον  
 τὸν παῦλον ἐνθὺς ἐπὶ τῆν τῷ κηρύγματ' ἰ-  
 δικασίαν λόγⓄ ἔχει σείλασθαι πρὸς καί-  
 σαρα ἀπολυθέντα καὶ εὐαγγελίσασθαι ἐφ'  
 ἑτέροις δέκα ἔτεσιν, εἰς ἄκρον δὲ μακροῦ ὄντος  
 ῥωμ ἀφικόμενⓄ, ἀνέλε μεμ ἄχριστῶν ἰσάμ  
 πρῶτα τῆν ἰδίαν μητέρα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀδελ-  
 φην

Φῆμ τῷ πατρός καὶ δεκάβίαν πλὴν ἑαυτοῦ  
 γυναικα, καὶ ἄλλας μυρίας τῶν γενεῶν προσή-  
 κοντας.

μετέπειτα ἡ κατολικὸν ἐκίνησε δίωξι-  
 μοι τῶν χριστιανῶν καὶ οὕτως ἐπι τὰς  
 τῶν ἀποστόλων ἐπὶ ἦρθη σφαγῆς, μεταστει-  
 λάμην θὲ τῶν παύλου αὐτοῦ, τῶν ἑήμας  
 τι παρασῶ, σωλῶν δὲ πάλιν ὁ ληκῶς αὐτῶ  
 εἶθα δὴ σωεῖται τῶν παύλου τριακοσῶ  
 ἑκτῶ ἔτα τῶν σωτηρίων πάθους, τρις καὶ δε-  
 κάτω δὲ νεράων θὲ μαρτυρεῖται πλὴν κεφα-  
 λῶν ἀποτμηθέντα.

Paulus de-  
collatus.

Εἰς τοῖων ἀπὸ τῶν ἐννεῶ καὶ δεκάτω ἔτα  
 τριβερῶν καὶ σάρον θὲ ὅν κηρύσσει τὸ εὐάγα-  
 γελιον ἤρξατο, ὡς τῶν εἰκοσῶ δευτέρῶ, ἔτη  
 τέσσαρα καὶ τῶν γαῖθ δὲ ὡσάντως ἔτη τέσ-  
 σαρα, αὐτοῦ δὲ καὶ τὰ κλαυδίῶ ἔτη μικρῶ  
 ἑλαττοῦ δεκατέσσαρα, ὅν διαδεξάμην θὲ  
 νεράων τρις καὶ δεκάτω ἔτα τῆς αὐτῶ ἀρχῆς  
 τῶν ἀποστόλων ἀνεῖλε.

Supputatio  
annorum qui-  
bus Paulus  
Euangelium  
docuit.

Γράφει γὰρ ὁ αὐτὸς παύλῳ τιμοθέῳ  
 πρὸς ρώμην, τῆς πρώτης αὐτῶ ἀπολογίας, οὐ-  
 Ε δεις

2. Timot. 4:

VITA S. PAVLI

θεί μοί συμπαρεγένετο, ἀλλὰ πάντες με  
 ἐγκατέλιπον, μή αυτοῖς λογιθεῖν, κύριος δ' ἐ  
 μὲ παρήκε καὶ ἐνεδωάμωσέ με ἵνα δι' ἐμὲ τὸ  
 κήρυγμα σωτηροφρονηθῆ καὶ ἀκέρωσι πάντα  
 τὰ ἔθνη, καὶ ἐρρυθθῶ ἐκ σώματος **ΛΕΟΝΤΟΥ**.  
 Ὅσον τὸν νεῶνα λέοντα εἶναι λέγω.

Posterior de  
 fensio Pauli  
 coram Nero  
 ne.

ὡροῖ δ' ἐ τῆς δευτέρας ἐμὴ καὶ τελευτῆ **Ἰουλιανῆ**  
 κατ' αὐτὸν μαρτυρίῳ φησί, πῶς διακονίᾳ σὺ  
 σωτηροφρονησὼν ἐγὼ γὰρ ἤδη ἀπένομαι, καὶ  
 ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεως μου ἐφάσκει, **Ἰουλιανῆ** ὅτι  
 ληκῶς ἦν πάλιν σὺν αὐτῷ, μετ' ὀλίγα τῆς  
 ἐπιστολῆς, ἀπαῤῥητῆσε, γράφε, ληκῶς ὁ  
 σω εἰμοί.

Totum tem-  
 pus prædica-  
 tionis Pauli,  
 anni 35.

ὅσον οὖν ὁ πᾶς χρόνος τῆς κηρύγματός **Ἰουλιανῆ**  
 πάλιν, εἰκοσι καὶ ἑπτὰ **Ἰουλιανῆ**, καὶ ἕτερα δύο ἔτη ἄ  
 διετέλεσε ἐν **Ἰουλιανῆ** κατὰ καισάρειαν δεσμοῦ  
 τῆς. πρὸς δὲ τούτους πάλιν τὰ ἐν ῥώμῃ  
 πρότερον δύο, καὶ τὰ τελευταῖα ἔτη δέκα,  
 ὥστε εἶναι τὰ πάντα ἔτη ἀπὸ τῆς κλήσε  
 σέ **Ἰουλιανῆ** μέχρι τῆς τελευτώσεως  
 ως, τριακονταπέντε.  
 τέλει **Ἰουλιανῆ**.

ΕΥΤΗΑ.

EVTHALII DIACO-  
ni de temporibus prædicationis  
S. Pauli, & morte, qua fi-  
dem in Christum testa-  
tus est.



Ecesse iudicavi, ut pau-  
cis tempus prædicationis  
S. Pauli indicarem, sum-  
matim ex Chroni-  
cis Eusebij Pamphili  
colligens, quem librum  
dum in manus accep-

tum euolo, inuenio Christum Saluatorem no-  
strum decimonono anno imperij Cesaris Ti-  
berij passum, Et illam post triduum resurrectio-  
nem statim secutam, post quam & in cœlum  
sublatus est Christus. Et post paucos dies Apo-  
stoli, ut idem autor testatur, Euangelium præ-  
dicare cœperunt, nempe Stephanus, & ceteri  
qui cum eo fuerunt.

Postea inuenio motum ingentem à Iudæis ex-  
citatum, ubiq; Stephanum oppetisse, & Paulū  
eam tum necem adprobasse, qui non ita multo  
post à principibus Iudæorum Epistolam acce-

Christus an-  
no 19 Tibe-  
rij passus.

VITA S. PAULI

Paulus conuer-  
sio anno 19  
Tiberij

Felix praeses  
Iudaeae anno  
13 Claudij,  
sub quo Pau-  
lus biennium  
Caesareae ca-  
pitus fuit,  
videlicet an-  
no ultri. Clau-  
dij, & primo  
Neronis.

Cuius anno  
2 uenit Ro-  
mam, ubi bi-  
ennium in cu-  
stodia, & de-  
inde dimis-  
sus fuit.  
Aristarchus.  
Lucas.

Acta Apolo-  
lorum quo  
tempore scri-  
pta.

pit ad Iudaeos Damasci degentes scriptam con-  
tra Christi discipulos, quo dum proficiscitur,  
id medio itinere uocatio facta est diuinitus, ut  
iam pene consumptus sit ille annus. Nam anno  
decimonono Tiberij Caesaris Paulum incepisse  
Euangelium praedicare, historia testatur, &  
totum orbem percurrisse praedicantem fidem  
in Christum usque ad annum decimumtertium  
Claudij Caesaris, quo tempore Felix in Iudaea  
praeses fuit, coram quo Paulus accusatus, cau-  
sam suam dixit, & ab eo Caesareae per bienni-  
um in carcere detentus est. Cui cum successis-  
set Portius Festus, ut magnam apud Iudaeos  
gratiam iniret, statim de Apostolo quaestionem  
habere properauit?

Tunc igitur, cum nullam aliam effugiendi  
uiam cerneret, beatus Paulus, quam ut ad Cae-  
sarem prouocaret, stans pro tribundi, adpel-  
lauit Caesarem, & Romam mittitur ad Nero-  
nem imperatorem, Erat uero una cum illo &  
Aristarchus, quem recte alicubi in Epistolis  
concaptiuum suum appellat. Et Lucas, qui A-  
cta Apostolorum literis mandauit, Rursus au-  
tem Romae per totum biennium Paulus in cu-  
stodia fuit. Nam ad hoc usque tempus ista Lu-  
cas in Actis commemorat, qui copiose tempo-  
re hunc librum scripsisse uidetur, cum non sci-  
ret tunc ea, quae secutura erant. Neque eo in libro  
nullam

ullam mentionem martyrij S. Pauli facit, Relicto enim ipso Romæ, Aristarchus & Lucas abierunt.

**E**vsebius uero, qui sequentium temporum res diligenter persecutus est, in secundo Tomo Ecclesiasticæ historiæ etiã martyrium D. Pauli commemorat. Ait Paulum emissum ex custodia, Romæ diuersatum esse, ac Euangelium Christi libere prædicasse. Nam cum causam suam coram Nerone dixisset, dicit eũ statim à Cesare ad Euangelij ministerium dimissum esse, & ibi per alios decem annos prædicasse, donec præcipiti furore concitus Nero, primum matrem propriam Agrippinam, mox amitam & Octauiam coniugem aliosq; innumeros sanguine ac genere coniunctos sustulit. Deinde uniuersalem persecutionem contra Christianos mouit. Atq; ita ad necem Apostolorum progressus est.

Eusebij historia de martyrio S. Pauli.

Paulus a Nerone dimissus docet Euangelium per alios decem annos.

Crudelitas Neronis.

Captum igitur rursus Paulum iudicio sistit, fuit autem & tunc Lucas cum eo, ibi Paulus tricesimo sexto anno post passum Christum & anno imperij Neronis decimotertio fidem in Christum professus, gladio decollatus est.

Paulus de nouo captus.

Paulus quo tempore decollatus.

## VITA S. PAULI

**Supputatio annorum, quibus Paulus docuit, anni videlicet 35.**

SVNT igitur ab anno 19 Tiberij Caesaris, quo anno Euangelium predicare Paulus coepit, usq; ad 22 annum eiusdem imperatoris, anni quatuor, post quem alij quatuor anni numerantur imperante Caio Cesare, Rursus anni Claudij imperatoris paulo minus 14. numerantur. Cui Nero cum successisset, decimotertio anno imperij sui Apostolum interfecit.

**Prior defensio Pauli.**

Scribit igitur ipse Paulus Timotheo de illa sua priore defensione. Nemo inquit, mihi adfuit, sed omnes me deseruerunt, ne hoc illis imputetur. Sed Dominus praesto mihi adfuit, & corroborauit me, ut per me praedicatio impleatur, & audirent omnes gentes, & ereptus fui ex ore leonis. Neronem dicens esse illum leonem.

**Nero leo.**

**Posterio defensio.**

DE posteriore uero defensione, in qua & morte fidem suam testatus occubuit, Sic ait: Ministerium tuum perfecte imple. Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meae instat. Et paulo post in Epistola, Lucam secum esse demonstrat, ubi ait, Salutat te, qui una mecum est, Lucas

Totum

Totum igitur tempus prædicationis S. Pauli  
 complectitur annos 21 ad quos accedunt de-  
 inde alij duo anni, per quos Cesare in carcere  
 fuit, & præter hos anni duo, quibus Romæ fu-  
 it, & illi postremi decem anni. Totum  
 igitur tempus à uocatione ipsius  
 usq; ad consumationem  
 fuit anni 35.

Totum tem-  
 pus prædica-  
 tionis Pauli  
 anni 35.

Hæc de uita Pauli.

1	Paulus
2	Paulus
3	Paulus
4	Paulus
5	Paulus
6	Paulus
7	Paulus
8	Paulus
9	Paulus
10	Paulus
11	Paulus
12	Paulus
13	Paulus
14	Paulus
15	Paulus
16	Paulus
17	Paulus
18	Paulus
19	Paulus
20	Paulus
21	Paulus
22	Paulus
23	Paulus
24	Paulus
25	Paulus
26	Paulus
27	Paulus
28	Paulus
29	Paulus
30	Paulus
31	Paulus
32	Paulus
33	Paulus
34	Paulus
35	Paulus



VITA S. PAULI  
**IMPERATORES**  
 Romani, sub quorum imperio  
 Paulus Euangelium pas-  
 sim in orbe terra-  
 rum docuit.

	<i>Annus.</i>	<i>Folio.</i>
Tiberius imperat annis	23	8. 11 16
Caius	4	17
Claudius	14	24
Nero	14	

Præfides Iudææ tempore Pauli  
 docentis Euangelium.

Pilatus præfidet annis	10	14
Marcellus succedit Pilato	1	14
Felix	4	17
Cuspius Fadus	3	18
Tiberius Alexander	3	19
Cumanus	1	21
Felix iterum	4	22
Portius Festus	5	19
Albinus	4	26
Gessius Florus	5	26

Personæ

Personæ quarum in hoc libelo  
lo fit mentio.

Aeneas paralyticus curatus a Petro	14
Aristarchus	24
Aratus	10
Aretha rex Arabiæ	12
Archelaus	16
Aristobulus	
Alexander à patre Herode interfecti	17
Antipater	
Agabus	18.19.23
Agrippa	17
Aquila	20
Apollos	21
Annianus	26
Augustus Cæsar diuidit regnum Herodis	16
Barnabas	15.27
Claudius Liffas	23
Crescens	25
Cleopatra	21
Christus	9
Candaces	10
Cornelius Centurio	14
E S Cyrenius	

INDEX.

Cyrenius	18
Demas	25
Drufilla uxor Felicis	22
Dionysius Arcopagita	20
Eunuchus præfectus Candacis regi næ Aethiopum	9 10
Epimenides	21
Eraſtus	23
Eutichus	25
Epaphras	
Felix præſes Iudææ quo tempore miſſus	17. 22 11
Gamaliel	23
Gaius	16
Herodes magnus	
Herodes Antipas interfector Baptiſtæ relegatus Lugdunum	ibid. ibid.
Herodias	ibid.
Herodes Agrippa priſcus interfector Iacobi fratris Iohannis Euange- liſtæ	16. 17
Herodes rex Chalcidis	20
Helena regina Adiabenorū	19
Iohannes Baptiſta	9
Ioſephus captus	28
	Iacobus

INDEX. Folio

Jacobus Iustus frater Domini interfe-	
ctus.	26
Iudas Galileus	18
Lucas	23
Lysanias	17, 22
Mattheus	10
Marcus Euangelista quo anno mor-	
tus	26
Marcus confobrinus Bernabæ	25
Matthias	10
Menander	11
Petrus	14
Philippus Diaconus	9
Philippus Apostolus Hierapoli inter-	
fectus	22
Philippus frater Herodis	16
Pallas eunuchus Claudij	22
Priscilla	21
Seneca, interfectus a Nerone	26
Sergius Paulus procons. Roma. con-	
uersus a Paulo	16
Simon Magus	22
Silas	20
Sardanapalus	10
Stephanus	12
Tabitha resuscitata a Petro	14
Theudas pseudophrophetæ interfe-	
ctus	19
Timothe-	

INDEX.

Folio

Timotheus	20
Titus	ibid.
Tyrannus	25. 21
Vitellius præfes Syriæ	14

Regiones & urbes quarum in  
hoc libello fit men-  
tio.

Antiochia Syriæ	15
Antiochia Pifidiæ	16
Affon	23
Arabia	12
Attalia	17
Apollonia	20
Athenæ	11. 20
Actiacum littus	21
Abella	22
Amphibolis	28
Alexandria	11
Azotum	10
Batanea	16. 22
Berrhœa	20
Cæfarea Palestina sanctorum hospiti- um.	13
Cyprus	16
	Chus

## INDEX.

Folio

Chius	23
Comagene	17
Chous	23
Chalcidis regio	20
Corinthus	ibidem
Colosse	21
Derben	16
Damascus	12
Ephesus	21
Græcia	25
Galatia	21
Gaza	10
Hierapolis	21
Hispania	26
Ierusalem	9. 14
Italia	26
Iconium	16
Illyricum	23
Ioppe ubi Tabitha a Petro ex morte resuscitata est	14
Iotapata	28
Laodicæa ad Lycum	21
Laodicea Phrygiæ pacatianæ	21
Lugdunum Galliæ	16
Lydda, Vbi a Petro Aeneas curatus est	14
Lystra, ubi Paulus lapidatur	16
Mysia	20
Macedo -	

INDEX.

	Foli
Macedonia	20
Mitilena	23
Miletum	ibidem
Nicopolis	21
Phrygia	ibidem
Phrygia pacatiana	ibid.
Phenicia	10
Pamphilia	17
Patara	23
Ptolomais	23
Pella	28
Paphos	16
Perga Pamphiliæ	ibid.
Perga	16. 17
Pisidia	17
Roma	24
Rhodus	23
Syria	10
Samaria	ibid.
Samos	23
Seleutia	16
στράτωνος πύργος Cæsarea	13
Syon Mons	15
Trachonitis	16
Trogillion	23
Tyrus	23
Tarsus	11
Troas	20
	Theffalo-

Theſſalonica 20

Autores, quorum in hoc libro  
 lo mentio fit.

Aurelius uictor	22
Beda	12. 18
Bullingerus	19
Cornelius Tacitus	22
Eusebius	12. 18. 26
Epiphanius	26
Euthalius Diaconus	12. 26
Euodius	12
Hieronymus	12. 26
Iosephus	27
Marrinus Lutherus	12
Nicolaus de Lyra	eodem
Nicephorus	26
Orosius	18
Petrus Comestor	12
Platina	26
Philippus Melanthon	12
Sophronius patriarcha Hieroso.	26
Strabo	11
Vbi, & quo tempore Epistolæ S. Pau li scriptæ sint.	
Ad Romanos	23
	Prima



	Foli
	21
INDEX.	
Prima ad Corinthios	23
Secunda ad Corinth.	52
Ad Galatas	ibid.
Ad Epheseos	ibidem
Ad Collossenses	ibidem
Ad Philippenses	20
Prima ad Thessalonicenses	ibid.
Secunda ad Thessalonicenses	21
Prima ad Timotheum	25
Secunda ad Timotheum	22
Ad Titum	25
Ad Philemonem	ibid.
Acta Apostolorum	

INDEX

## INDEX BREVIS

rerum memorabilis  
um.

## B

Barnabas quo anno mortuus 27

## C

Caesari an tributum reddendum 18

Christus anno mundi 3993 Tiberij 15

in festo expiationis 10 Octobris ba-  
ptisatus 8Christus quo die conceptus & mor-  
tuus 8. 12Christiani discipuli primum uoca-  
ti 13Christianorum nomen ubi & quo an-  
no primum ceperit 15

## E

Ecclesiae initia &amp; incrementa 9. 10

## F

Eccle-

Ecclesiæ prima uniuersalis persecutio	10
Ecclesiæ pax anno 4 conuersi Pauli	14
Ecclesia iubetur exire Ierosolymis in initio belli	28
Euangelium Matthæi quo tempore scriptum	17
Euangelij uox uno anno clausa Ierosolymis	10
Euangelium anno 5 post Christum resuscitatum propagatur in gentes uniuersaliter	14. 15
Euangelij diluuium	15
Euthalius Diaconus de temporibus prædicationis Pauli	29

F

Fames ab Agabo prædicta quo anno	18. 19
----------------------------------	--------

H

Herodes Antipas interfector Baptiste cum Herodiade relegatur	16
Iohan-	

## I

- Iohannes Baptista quo anno & die  
 exorsus sit prædicationem pœni- 8  
 tentiæ & baptismum  
 Iacobus Apostolus filius Zebedei in- 17  
 terfectus ab Herode Agrippa  
 Iacobus Apostolus Iustus frater Do- 26  
 mini interfectus.

## K

- Iudæi pulsi Roma quo anno 20  
 Iudaici belli origo 27

## L

- Lucas scribit historiam Pauli usq; ad 24  
 annum eius 27  
 Lucas quo tempore Acta Apostolica 26  
 scripserit

## N.

- Nero incendit Romam 27  
 Nero persequitur Ecclesiam 27  
 F 2 Paschæ

## P

Paschæ festa tria quibus Christus ui- xit & docuit	8
Petrus quo anno in carcerem conie- ctus	17
Petrus quo tempore uenerit Romam	27
Philippus Diaconus docet Euangeli- um in Samaria	10
Philippus Apostolus interfectus	22
Pauli parentes & patria	10
Pauli tempore tres Academiæ floren- tiss.	10
Paulus legit poetas & discit Philoso- phiam	11
Pauli præceptor Gamaliel	11
Paulus propugnator legis	ibi.
Paulus persecutor Christi	ibid.
Paulus electum organum Dei	ibid.
Pauli conuersio quo anno & die	ibi.
Pauli periculum in Damasco	12
Paulus docet in Arabia	12
Pauli primus reditus Ierosolyman post conuersionem	13
Pauli secundus reditus Ierosoly.	15
Pauli tertius reditus Ieroso.	18
Pauli quartus reditus Ieroso.	19
	Pauli

## INDEX.

## Folio

Pauli quintus reditus Ieroso.	23
Pauli periculum Ierosolymis	13
Paulo apparet Christus	12. 13
Paulus deductus Cæsaream	13
Paulus & Barnabas missi ad Gentes	16
Paulus lapidatur in Lystris	16
Paulus restitit Petro in faciem	18
Paulus in Philippis cæsus uirgis cum Sila	20
Paulus utramq; ad Thessalonicenses Epistolam scribit Athenis	20 ibi.
Paulus uenit Corinthum	ibi.
Paulus quo anno et ubi Epistolam pri- mam ad Timotheum scripserit	21
Paulus pugnat Ephesi cum bestijs	21
Paulus quo anno & ubi Epistolam primam ad Corinthios scripserit	22
Pauli Epistola secunda ad Corinthi- os quo anno & ubi scripta	22
Pauli Epistola ad Romanos ubi & quando scripta	ibidem
Paulus capitur Hierosolymis	24
Paulus biennio Cæsareæ captiuus	24
Paulus dicit suam causam coram Fe- sto & Agrippa	25
F 5	Paulus

INDEX

Folio

Paulus anno 2 Neronis uenit Ro.	25
Paulus mansit annis 2 in suo condu- cto hospicio Romæ	25
Paulus scribit Romæ Epistolas ad Ga- latas, Ephes. Philip. Colloſſ. Phi- le.	25
Pauli Epistola ad Timotheum quãdo & ubi scripta	25
Paulus docet Euangelium in occiden- te post primam liberationem	26.
Paulus quam diu docuerit	28
Pauli uita a Hiero. descripta	28

S

Stephanus lapidatus	10
Synodus Apostolorum quo anno	19

EPI

EPI TAPHIVM GEOR-  
gij Maioris, filij reuerendi uiri Geor-  
gij Maioris Doctoris The-  
ologiae,

HAC requiescis humo post fata peracta Geor-  
Maior, habens clari nomen utruq; patris. (gi  
Prestantis pietate senis, sermone disertis,  
Exculti studijs, ingenioq; grauis:  
Cui similis facie, referens quem pectore, fra-  
Ipse tuos natus maximus inter eras. (tres  
Que puer imbiberas doctrine semina Christi  
Non sine fruge tui cordis alebat ager.  
Cum patre, caelesti cum flamine, numen adq-  
Aeterno genitum de genitore ΛΟΓΟΝ. (rans  
Te Mediatoris credebas propter honorem  
Et data cum precibus ΑΗΤΗΡΑ, placere Deo,  
Per Mediatorem uitae tibi dona perennis  
Restitui noras non dubitante fide,  
Teq; regi sacro consolatore petebas,  
Rore salutifero qui pia corda rigat.  
Quum et doctus eras: Puer utq; uacare solebas  
Mitibus ac studijs tempora multa dare,  
Sic adolescenti tibi docta uolumina iuris  
Atq; fori leges discere cura fuit,  
Sic in iudicijs causisq; forensibus usus  
Iam iuuenescentis ceperat esse tui.  
Adde, quod eloquio non es petulanter abusus,  
Turpibus os uanum prostituendo reis:



iusticiæ sed amans, ueriq; tenax & honesti,  
 Qua decet hæc miseris parte patronus eras.  
 Ad reliquas laudes accedit & hoc decus, unde  
 Non minus egregiæ nomina laudis habes,  
 Te uiguit sine labe quod & sine lite marito  
 Sanctus honor casti certa fidesq; tori.  
 Fœminæ una quater fecit te prole parentem  
 Quæ tibi casta Dei contigit uxor ope.  
 Quinq; sed ut uitæ, tribus annis aucta, fugacis  
 Lustra peregisti, uita peracta fugit,  
 Vita peracta preces fugit inter & optima uer  
 Voce quibus celebras deficiente Deū, (hæc  
 Obrepat, placido similis, tibi, morsq; sopori:  
 Nil, animæ corpus præter inane, iacet,  
 Spiritus ætherea letatur in arce superstes  
 Contutu Christi colloquioq; fruens.

M. Caspar Cruciger.

Decessit VIII. Maij, Anno  
1558.

Beati mortui qui in Domino moriuntur.

ΕΥΘΕΟΣΤΙΧΑ FILIORVM  
 uiri clarissimi Georgij Maioris, Do-  
 ctoris Theologiæ, obitus con-  
 tinentia.

Leo.

Leonarti 1547.

Malor vt eXCefsit LeonartVs, CLAVferat  
annos

Tot, qVot habes VoLVens pLAVstra Boo-  
te faCes.

Iohannis 1552.

Iam reCVbat Malor feLIX hIC, atqVe qVies-  
Cit,

SpiritVs In CæLis non obitVrVs agit.

Georgij 1558.

hIC gnati eXVVIas Malor, CorpVs qVe Ge-  
orgi

SVbLati oCCVLVI nVper Inane pater.

F 5 EPI-

ΕΠΙΤΗΡΗΜΑΤΑ ΛΕΟ-  
narti, filii uiri clarissimi Georgii  
Maioris, Doctoris The-  
ologiae,

Philip. Melanth. autore.

παιδία οικτιρῶν δέχετ' ἄρθετα πρὸς αὐτῶν  
παντοκράτωρ ὁ θεὸς καὶ ἀπολεύσῃ ἔχ  
δέξαστο ὄνμ σὲ θεὸς τέκος ὦ λεονάρτε γεωργῶ  
εὐλτατομ, ἐλλογίμα εὐσεβέθ τε πατρὸς  
εἰδῶς γὰρ θεὸν εἶναι ἀληθεῖα, ὅς φανερώθη.  
διλώσας τέρασιν τὸν νόμον ἀτζεκέσι  
καὶ ἰὴρ πῆμφας ἐν σαυρῶ λύτρα τίοντα,  
ὥσε καταλλάττειν τῷ πατρὶ φύλα βροτῶν  
τόνδε θεὸν πίσει τῷ καλοῖς ἡθεὸ' ἐτίμας  
φωνήσας ἰκέτιω χριστὸν ἀεὶ ἔμενα.  
τόνεκα οὐρανίης ζωῆς λεονάρτ' ἀπολαύεις  
καὶ φάει ἐν λαμπρῶ χριστὸν ἀεὶ ἔσοσας.

Decessit Mersburgi, Anno etatis sue XIII.  
à nato Christo, M. D. XLVII. Mense  
Septembri, die XVII.

Matth. XIX.

Simite paruulos uenire ad me, talium enim  
est regnum caelorum.

EPI-

EPITAPHIVM IOHAN-  
nis Maioris, summæ indolis pueri, fi-  
lioli reuerendi uiri D. Georgij  
Maioris, sacræ Theologiæ  
Doctōris &c.

**E**xlimium decus, et patriæ uirtutis imago.  
Quæ tegit ista, puer, terra, futurus erat  
Indolis inditium spondebat id, ipsaq; morum  
Ætatis superans tempora dexteritas.  
Sed Deus ingrato monstrat sua munera mundo.  
Ac eadem propter crimina nostra rapit.  
Hinc igitur properata pater flet funera nati  
Indignus tali munere mundus erat.  
Certe indignus erat, quum tam mala premia  
Cum summis reddat pro pietate uiris. (patri  
Ergo pater luctum moderans commertia nato,  
Nunc in cœlesti gaudeat esse choro.


M. Hiero. Men: faciebat.


Euocatus ex hac uita mortali Islebiæ, Anno  
ætatis suæ VIII. A nato Christo M.D.  
LII. die XXII. Augusti.


Matth. XVIII.

Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut i  
pueri, non ingrediemini in regnum  
cœlorum.











OCN 48722556